

1
6
101











Liber sebastiani d[illegible]

I

Redite o[illegible] re[illegible] tor qeunq[illegible] es Sunt mihi [illegible]

Quoquoq ego possis dulcem gustar possis

Hinc tibi p[illegible] ovrates referent [illegible]


Hinc m[illegible] q dum uiuaz cristo semper [illegible] amicus [illegible]

philico[illegible]


[illegible] quod sit

Vno Lucio floro | 100 [illegible]
Vno Appiano alexandrino. | [illegible]
Vno Tito Liuio. | di [illegible]
Vno Theodoro g[illegible] | 10000000

EGO SVM PASTOR | 1545
| 1545000
| 2399934



¶ Cui sunt ora aquilæ: Cui stigmata quinq;: Poetas
Bilbilis assertor: Porticus: Auctor adest.





¶ Ioā. Francisci Quintiani Stoæ Brixiani Poetæ Laureati De syllabarum quantitate Epographiæ Sex.

Epographia prima	de	litteris.
Epographia secunda	de	syllabæ accidentibus.
Epographia tertia	de	primis syllabis.
Epographia quarta	de	mediis syllabis.
Epographia quinta	de	ultimis syllabis.
Epographia sexta	de	ambiguis dictionibus.

¶ Eiusdem Ars breuissima: & de aliquibus metrorum Generib⁹: ac de omnibus Heroici carminis speciebus.

¶ Ιερωνυμου Κλαριχιου Ιμμολαιου εις την επογραφιαν του Κοιντιανου τετραστιχον.

Δαφνοκομος ψαλλει φοιβος μελικδεα μολπην
Κοιντιανος κουτω δαφνοκομος κιθαρη.
Τικτει χοιβος αοιδους τικτει δουτος αοιδους
Δευτερος ουν παιαν εστι γε Κοιντιανος.

¶ Aurelii Clareti Brixiani Epigramma.

Culmina parnasi quisquis conscendere montis.
Castalioque cupit tingere labra lacu:
Qualia uel phoebus componere carmina: doctum.
Hunc legat auctorem: delius alter erit:
Nam satur hic haustu largo permessidos undae:
Plenaque apollineo numine corda gerens:
Syllaba quanta omnis: quid pes: quid littera: metrum.
Qua sit scandendus uersus: & arte docet.

¶ Ilionei Balducii pistoriensis endecasyl.

O lector studiose Quintiani
Non dico tibi Quintianomastix.
Vin scire iis tabulis quid indicarit
Toto cognitus orbe Quintianus?
Vim dat prima tabella litterarum.
Quid sit syllaba: & accidens secunda.
Primas tertia syllabas recenset.
Dat quarta in mediisque quantitatem.
Et quinta edocet ultimas subinde.
Sic sexta ambiguasque dictiones.
Ars fulget breuis inde syllabarum:
Quorundam quoque uersuum. tabellas
Has si lector habebis: ac reuolues:
Alter Delius: aut eris Minerua.

Index eorum quæ præcipua sunt in hoc opere

C

D.

F

V

C

¶ Tabulæ finis.

Francisci Calui Iambic. cui interroganti Echo respondet.

Quis auctor est? Stoa est Stoa hæc refert. refert.
Nunquid Poetas hoc libro facit? facit.
Formare Vates dic Rogo potest? potest.
Offert ne primum uatibus caput? caput.
Late Poetis omne iter Docet. docet.
An alter est hic uersibus Maro?. Maro.
Quid dicis? an supereminet Lino? Lino.
Lesboa forte uel Chelis iacet? iacet.
Herbam inter omnes floridam tulit?. tulit.
Hunc ergo uatem iam fugit nihil: nihil.
Omnes libello hoc uincit & præmit: præmit.
Iter ad Poesim fulgidum est satis? satis.
Est ergo liquido istoc opus sacrum. Sacrum.

P. Rogerii Sacci patricii Papiensis ad Hieronymum Fratrẽ ocu lissimum endecasyl.

Hæc frater cape scripta Quintiani
Si raptim fieri Poeta gestis.
Nam cum Pierides manu abluissent
Sacro in flumine membra Quintiani:
Non uatem modo protinus crearunt:
Fingendi sed ei bonos Poetas
Concessere modum: iugum bicorne
Ne mox plurima uiseret Caterua.
Non ergo tibi nunc erit necessum
Musarum Aonios adire montes.
Sed si uis fieri Poeta primum
Hæc frater cape scripta Quintiani.

B. Linguii ad Stephanũ Faciardum adulescentẽ ornatiss.

Hæc noua sunt: quid? nonne prius sunt tradita? nunquã.
Et cur? Quisq; parum nouerat: Ergo noua.

Hieronymi Castellii Sacerdotis Minitiani. Ad Sigismundum Merulam municipem suum.

Dicas: si curæ est folium recitare Sibyllæ:
Est Stoa Romanæ gloria prima Togæ.

¶ Ad Spectatissimos. Adulescētes. D. Antonium: & Iafredum Carolos Magnifici Delphinatus & Mediolaniēsiū Præsidis Iafredi Caroli filios Ioannis Francisci Quintiani Stoæ Poetæ Laureati. Epistola.



Olutanti mihi penitiore indagatu: intimoue scrutinio sacrosanctum Platonis dictum: ac circūforaneum illud Antoni: & Iafrete coruscantes litterarū lampades: ingeniatiq; adulescētes nullum. s. sibi solum natum: uoluntaria ultroneaque: ac spontanea accessit opinio: ut non solum inter musarum sanctissima ambulacra cōponēdo decus priuatim consequerer: set ut etiaз publice edendo aliquibus si non summe: saltem medioxime prodessem.

Quum in humana uita nihil rutilantius: nil illimius: limpidiusue sit: q̄ in homines hominis arte uti: & officio. Quo circa ab adulescentiæ meditullio aliqd p̄clari radiosiq; opis (quantum ætas patiebatur) orditus sum effigiare, & qa fauente Camœnali academia: phœbeo numine: mineruali seminario: entheo spiritu tū uorso tū prorso charactere in lucē fauorabiliter p̄diere. Multi noīs mei intercutanei fauissores: & nr̄æ phamæ uocalissimi buccinatores: iugibus lr̄aꝝ stimulis: aculeatis cohortationū cotibus: mucronatis excitationū spiculis sæpius cōtuderunt: ut aliquā positis grauioribus musis excuderē: ut dispalesceret: syllobometriā & id merito assequi posse fidenter existimabant: qa in Syllabis quotidianū nobis esset negocium: ac peculiare. Asseuerātes ab Athenis noctuas: a Sabœis thura: ab imēso nili gurgite Crocodilos nō iniuste posse exoriri: & emitti. Et nō tantū ut mea: pruriuigilisq; nr̄is adquisita promulgarē: set etiam ab aliis ut pote incuriosis omissa enotarē. Quorū petitiōi dū audire nō reluctarer. Rurestri detētus lenocinio (nā ruri eram: & ne sine linea p̄termitteret̄ dies: laboriosum opus tādē plurimis noctisurgiis: diuieiuniisue p̄feci. p̄fecto mox ope dignum duxi si labores: ac elucubratitiones in scrinii nr̄i latebris paululum oblitescerēt: magnæ nobis fore utilitati. Verebar nāq; tale opusculum sine alicuius īdeletili titulo posse tuto edi & publicitus. Hinc alioꝝ grauitatē: rugosumq; rimabar supcilium: illinc aliquoꝝ dissentaneā uolūtatē: & patēs dissidiū: inde nōnulloꝝ refractariuз: ac dissentiēs studiū trutinabar. Quapropter apud me defectū: & tāq̄

Ruri eram dū cōposui

cine factum ſtetit opuſculum. Nolebã aũt militi cylindrũ:aut rhõ
bũ delegare:nec tutelæ aſtronomi, armamẽtaria ullo pacto crede-
re. Soleo quippe opera homini dedicare:ut inter hominem & opus
mutua ſit cõiugatio:& media diſpoſitio. Vnde quũ nullos huic di-
cationi idoneiores iuenerim:cõſtitui aduleſcentes optumi tale uo
bis offerre munuſculum. Vos nãq; noui litterarũ cultores ualidiſſi
mos:oratoriæ artis:ac poetices non expertes. Quid ideo dignius?
quid conſonius q̃ ſyllabas ſub ſyllabarũ cultoribus emittere? Quid
politiuſq̃ inſtrumẽta entheata ſyllabohiſtoribus cõmẽdare. Aliud
denuo nec minus anſam ſuggeſſit:quũ parẽti æquales uos fore ne-
Iafredus carolus. mini ſit dubiũ. Parentẽ habetis Magnificum Iafredũ Carolũ Del-
phinatus & Mediolanii præſidẽ:doctorũ amantiſſimũ : munificũ:
beneuolũ:charitũ militẽ. quo adnuente iuſtitia erigit:quo fauẽte
ſeruant leges:quo abnuente nullũ rite efformatũ emergit iudiciũ.
Quis cũ pře ueſtro? docti ſsimi ſemp hoies qui cõmeſſatores? poe-
In mẽſa Iaf. caroli habitus q; tæ multiiugi. in eius mẽſa quid euolitat? litterarũ nomẽ. noui pcul
dubio noui. Me nãq; ipſius habuit menſa:patebant ianuæ. me reci
tare aut præmeditata:aut extemporranea iuſſit ſæpiuſculæ. Quid
taceam Illum a ſecretis famigerabilem? cui quantum debeam non
eſt dictu facile. Quid ſileam M. Antonium Cademuſtũ hominem
polihiſtora? Hos ſemper habet:hos quot horis uidet. quid morer?
Stephanus põcherius. an hæc Parentis ueſtri dignitatis eſt coniectura? quum. R. Stepha-
nus Poncherius parriſiorum diuinus antiſtes : omnium patronus
ſedem Mediolanii inũxerit nobiliſſimã. iam habenis utor ad uos
tranſuolo:qui admodũ aduleſcentes urorũ obiiſtis negocia. eſtis
adeo ſtudioſi:ut uobiſcũ natũ:& moriturũ uideat ſtudiũ. o dignã
Patre pgeniẽ. O patrẽ pgenie dignũ:cuius tot:& tãtæ effulgurant
uirtutũ dotes:ut ſatius tacendũ q̃ parũ dicendũ diiudicẽ. Tranſeo
affabilitatẽ:modeſtiã:humanitatem:qbus oẽs ad amorem allicitis
qđ uidi teſtari poſſum:nullos. ſ. a me hacten⁹ agnitos. q magis ami
cos attrahãt:obſeruẽtq;. ptermitto ſedulitatẽ:qua uos ita ſtudium
amplectimini:ut freno magis:q̃ calcaribus idigeatis. iã oſcito quũ
nr̃as recepturi eſtis epographias:quas nec iniuria tumultuarias im
plũmes exſuccas adpellaueritis:quorum ingenii tanta eſt ubertas
& iudicii ſal:ut Liuium flaccidum exinanitum dixeritis. P. Naſonẽ
uacuũ:elũbem:eneruẽ nominaueritis. Quid igit paruũ hoc opus
caluũ:exoſſum:euiratũ certe. Eſto. Scio nõ muneris inelegantiam
ſet dantis gratiã inſpectũ iri. eſt opus rureſtre ut pote ruri fabrica-
tũ:quo ſi minus ueſtrũ expleuero:& lectorũ animũ. tamẽ quãto mi
hi opus labore fuerit pſpicietis. nõ hic alienis (ut aiunt) inſiſto ue-

Rigiis:nō alienis progredior plantis.Hic syllabæ non diffusiles: & a nullo aliorum tactæ ita īseruntur:ut uix quicquid(citra iactātiā) scribere oēs potuerint ac poterunt nasciturum existimem.iuxta illud Grammaticorum apicis.Quāto iuniores tāto perspicaciores. Nihilominus erit nō īcognitum me ab aliis excerpsisse:quod diffiteri nō īsurgam.Ii precipue aut de poetica:aut de pedibus: uel de metris:uel de syllabis græco latinoq; idiomate disseruere ante me adamussim oculatissimi. Apud græcos nāq; Heliodorus: philoxenus:Thrasimach⁹:Naucrates:Corgias:Ephorus:Isocrates: Theodectes:Aristoteles:Theodorus bizantius:Theophrastus:Hieronymus:Ephestion. Apud latinos uero Ennius nō poeta ille:sed posterior:Cicero:Sosipater:Varro:Quintilianus: Eusebius: Ruffinus: Charisius:Scaurus:Firmianus:Cælius.Sisenna:Albinus:Helenus: Asper: Flauianus:Caper:Aruntius:Plinius:Euanchius:Iuba:Pompeius:Terentianus:Seruius:Priscianus:Sergius.M.Capella: Diomedes.C.Bassus:Probus:Victorinus:Donatus:Mallius Theodorus:uel ut alii Theodoricus:Beda:Fortunatianus:Donatian⁹: Cēsorinus:Augustinus:Iouius Pontanus.Perotus:Omnibonus:Strabo:Politianus.Papias:Petrus crinitus:Maturantius.& eius simia Valla siculus:Mancinellus:Sulpitius:Nicolaus ferretus:Teutonicus innominatus auctor.Francis.Niger. Georgius Valla. Aelius Antonius Nebrissen.Scifaldus Cantalicius.Barzisius Brixianus. Alexander.illius malleus Nestor.huius simia Pylades Brixianus. Alexandri interpretes quattuor quos nominare non est cura.Ioā. Lamola:Socco:Grillus:Andreas:Iacobus sentinus:Martinns carmelita:Ascensius badius.Io. Sinthenius: Vestucius: Archangelus Besutius:Ioan. Pastranensis: Benedictus philologus: Rhalmundus:Cremonensis:Robertus gaguinus.R.uolateranus.Sunt & hodie qui & olim nominabūtur:ut Aldus Manutius:Domitius phœnix frater meus:Iouinianus.F.Caluus.Quorum si quis recte scripta uiderit de me si non summum aliquod tamen proferet iudicium.Litterarū nō enūciantur uires:quas ita enotaui:ut & me palemonis profitear militem.Syllabarum absit mētio non tabernaria quas ita in opusculum meū:& pēriculatius trās⁹uli:ut mille & octigētas ab aliis omissas uos ipsi ītueri potueritis.Nō enumero pedū multitudinē ac eorū p me effigiata nomina. Recēseātur penitiora auctorū diuersa loca.quæ āte me apud oēs extiterūt atrata.& īcognita.Hæc īserui ut floridi⁹.mltiiugiusue hoc haberet enchiridiū Insup errorū tāta indeprecabilis impatibilisq; enotat manus.ut q̄ antiquos tā neotericos plegisse q̄uis mediocriculū fateant & inui

Grāmaticorū apex.

Græci scriptores.

Latini ante me scriptores.

Quintiani sedulitas.

Dixi q̄d ſē/ſeri nō; qd' cōtenderi.

di. Dixi (ut Varro ait) q̄d ſenſerim: nō q̄d cōtuederim. quicquid a u
tem ab oībus poetis a generalibus regulis diſſonū: refractarium:
diſſentaneū: repugnax: reiectaneum: inueniſſem: ſtatim curioſitate
mira nō formicino: teſtudineo ue: ſet grallatorio calamo ī hoc op⁹
tranſ ferebam. ¶ Feci q̄d potui: potui q̄d uolui. Liuidi emergūt ut
mihi detrahant. ſuo iure detrahāt: nō facient tñ quin meū non ſit
proterminatū nomen. multa edidi plura editurus: & plurima. Nō

Quītiani facilitas.

ne pluſq̄ carminum ſex millia nr̃oꝝ edita? Non ne & diecula ſola
octingentos deducere uerſiculos: & mille: qui me expti ſunt: noue-

Quintiani opera.

re? Quot tragœdiæ? Quot comœdiæ? quot ſatyræ a me nr̃æ luctā
tur egredi? Quid epigrammata: Monoſyllā: Diſticha ī Vale. Maxi
mū: dubitationū uolumina: de mulieribus opa: panegyricos: orō-
nes: fabulas: epiſtolas: odas: Ludouici Regis uitam: miraculoꝝ li-
bros ethnicoꝝ: Endecaſyllaba: Syluas: & Heracleam: Bellūue Ve-
netum: & Orphea: aliaq; ſexcenta enumerē? Nō ne tertiū & uigeſi-
mum agens annum Patris ueſtri munere publicus plauſibilr au-
ctoratus ſum profeſſor? Non ne ab inuictiſſimo Galliarū Rege Lu

Qui ætate publice ce perim pro- ſiteri

douico corona decoratus ſum Laurea? an id factum ſine honoris
adminiculo? ut q̄d pauci in ſenectute: & ſenio aſſequuntur: ego in
quintæ olympiados limbo Poeta fuerim Laureatus. Hoc adepti

Ludouicuſ galliarum rex.

fuimus munere ſemper auguſti Ludouici Galliaꝝ regis: ac deorū
optumi: & Reuerentiſſimi Iacobi Euraldi heduēſis Epiſcopi auſpi
cio: quē ſemper amandū Semp honorandū (ſic dii uoluiſtis) habe-

Quītian⁹ poeta lau.

bo. Set quid Tranſeo. R. Protoñ. Ralmondum Morilioneū thoſo-
lanū Mecœnatem meū: ac nunq̄ ſine honoris p̄fatione noīandū? q

Iacob⁹ he- duēſis eps

adeo me diligit ut oībus ſit miraculo. ſcitis quo uirtutum cumulo
efloreſcat: qua hūanitate inferiores amplexet: qua gratia (ſi q ſunt)
maiores ſuſpiciat: de quo latius ac uberātius ſcriberē niſi uos abſq;

Ralmōdus morilione- us.

fucato cognoſceretis animo. Iam iam rabiem euomant nugigeru
li Quintianomaſtices. quorū principē ſcitote Phinea: quo circa ſæ

Phineus q̄ ſic.

piſſime nominatim in eum me inuehi nō mirabimini. Inſurgit cla-
mat indignatur. aliquando latrans inſonat: inſonans inſanit: inſa-
niens furit. ter mecum diſputationis gratia congreſſum ita contri
uit: ut nunc licet abſens nomen formidet meum. formidantē in tri-
uiis: ac uictum quæritantem permittamus. Suſcipite ergo Antoni
& Iafrede ueſtris dicatū opus nominibus: ut ſi aliquando tenebrio
num dētes cōtremiſcat: ueſtro tutū ſe præferat auxilio. Valete lit-
terarum culmina. Datum Ticini a Parthenopeo partu poſt unam
cum dimidia annorum chiliada anno undecimo ultimo Iunii.

Auctores

¶ Auctorum nomina quorum suffragio hoc opus extruximus.

¶ Atteius capito.
Aristoteles.
Archilochus.
Apollonius grām.
Apolloniꝰ rhodiꝰ.
Anthiochenus.
Antonius ruffus
Asinius gallus.
Augustus.
Albinus.
Alphenus iuriscōs.
Accius.
Afranius.
Alcinius.
Aemilius macer.
Acron.
Asper grammaticꝰ
Asconius.
Augustinus.
Apuleius platon.
Apuleiꝰ grāmaticꝰ
Ausonius.
Architrenius.
Ambrosius.
Anticlaudianus.
Apronianus.
Archias.
Alphius auitus.
Albertus magnus.
A græcius.
Arator poeta.
Aureliusaugurellꝰ
Antoniꝰ iperator.
Aldus manutius
Abstemius
Ascensius badius.
Antonius nebriss.
Alexander.
¶ Boethꝰ q̄ falso boetius.

Berosus.
Beda.
Barzisius.
Baptista pius.
Baptista plautius.
Baptista ægnatius.
Blondus.
Bñdictꝰ philologꝰ
¶ Callimachus.
Caluus.
Callimachꝰ Rom.
Cato.
Cicero.
Catulus.
Cornelius gallus.
Cornelius.
Cornelius seuerus.
Cheroboschꝰ græ.
Columella.
Cornelius tacitus.
Caper.
Claudianus.
Censorinus.
Cornutus.
Calpurnius siculus
Cæsius bassus.
Cyprianus.
Celsus.
Cōstātinus lascar.
Codrus urceus.
Carolus aretinus
Cremonensis.
Cilenius.
Callepinus.
Cantalicius.
Cōstātinus fan.
Christoph. lādinꝰ.
¶ Domitiꝰ marsus
Dionysius cosm.
Damasus.

Diomedes grāma.
Donatus.
Diodorus siculus.
Donatus melior
Donatianus.
Domitius cald.
Diōedes uidalotus
¶ Ennius.
Eutropius histo.
Egnatius poeta.
Eutropius grāma.
Eustathius.
Eusebius.
¶ Furius antias.
Furius bibaculus.
Fabius pictor.
Festus pompeius
Flauius uopiscus.
Fortunatus.
Fortunatianus.
Fulgentius.
Frāciscꝰ petrarcha
Franciscus philel.
Franciscus niger
¶ Gellius.
Gneus matius.
Germanicꝰ cæsar.
Grillus.
Gildas.
Geminius.
Galeotus.
Georgius merula.
Georgius ualla.
¶ Homerus.
Heluius cinna.
Herodianus histo.
Hesiodus.
Hostilius.
Herodianꝰ grāma.
Horatius.

Hilasius.
Hermolaꝰ barbarꝰ
Hieronymus diuꝰ
Hieronymꝰ auāciꝰ
¶ Iulius cæsar.
Iulius firmicus.
Iulius capitolinus.
Iulius montanus.
Iosephus.
Iuuenalis.
Interp̄s strabonis.
Interpres laertii.
Isidorus.
Iuuencus.
Iustinus.
Iunianus.
Iacobus crucius.
Iulianus.
Iacobus sentinus
Ioānes britannicus
Ioānes boccatius.
Ioānes pastranus.
Ianus parrhasius
Ioānes genuensis.
¶ Laertius Dioge(nes
Liciniꝰ caluus
Lucretius.
Licinius imbrex
Laberius.
Lucanus.
Lucillius.
Lactantius firmi.
Lampridius.
Lutatius.
Liuius androni.
Liuius pataui.
Licentius.
Laurētius Valla
Lexici auctor.
Lancilotus curius.

Lydius R. hauen.
Laurētius lippius.
¶ Menander.
Mecœnas.
Mirsilus lesbius.
Mālli⁹ q̄ & malli⁹.
Martialis.
Massurius sabinus
Metrodorus.
Modestin⁹ iuriscō.
Malli⁹ theodorus.
Macrobius.
Manethō ægypti⁹
Museus.
Moscopylus grā.
Martianus capell.
Methastenes psa.
Macer p̄fius.
Marullus.
Martinus carmel.
Mancinellus.
Marin⁹ becichéus
Mombritius.
Maturantius
¶ Nigidius.
Næuius.
Nemesitanus.
Nonius marcellus
Nicolaus perottus
Nicoleos homeri interpres.
Nicolaus ferretus.
Nestor.
¶ Orpheus.
Ouidius.
Oppianus.
Omnibonus.
¶ Porcius licinius
Pindarus.
Pompeuis.
Pythagoras.
Possidonius.
Pausanias.
Phocylides.
Plinius secundus.
Plinius cæcilius.
Plutarchus.
Petronius.
Propertius.
Porphyrio.
Phocas.
Plautus.
Philon.
Persius.
Prudentius.
Pōponius iuriscōs.
Probus.
Priscianus.
Palemon.
Proba falconia.
Paulus.
Paulinus.
Papyrianus.
Prosper.
Pindar⁹ Ausonius.
Publius syrus.
Placidus grāmati.
Pogius.
Plato.
Paccuuius.
Procopius.
palladius.
politianus.
pōponius lætus.
pontanus.
pylades
philipp⁹ beroald⁹.
paulus diaconus
papias.
petrus crinitus
paulus marsus.
petrus marsus.
palladas.
phileticus.
picus mirand.
petrus helia.
pulex.
platina.
ponticus uirūnius
¶ Quadrigarius.
Quintus cattulus.
Quintus curtius.
Quintilianus.
¶ Rabirius.
Rhénius fannius.
Ruffinus.
Raphael regius.
Romulus.
R. uolateranus.
Robert⁹ gaguin⁹.
¶ Scaurus.
Sempronius.
Sabinus poe.
Stephanus.
Sueuius.
Serenus lyricus.
Seneca.
Seneca tragicus.
Suetonius.
Statius.
Silius.
Sidonius apollina.
Scaurus.
Strabo.
Solinus.
Sedigytus.
Salustius.
Spartianus.
Seruius
Sergius.
Serenus physicus.
Sinthenius.
¶ Terentius.
Terentius uarro.
Theocritus.
Tiberius donatus.
Triuellius pollio.
Tullius laurea.
Tyro.
Tho. pidari iterps.
Tibullus.
Tertullianus.
Ticida.
Theodorus gazes.
Terentianus.
Tortellius.
Tiphernas.
¶ Vergilius.
Velleius celer.
Vgannius.
Vlpianus iuriscōs.
Verrius grāmat.
Verrius poeta.
Valerius maxim⁹.
Valerius flaccus.
Victorinus.
Vrbanus grāmat.
Valerius æditums.
Vitruuius.
Vouianus.
Varro attacinus.
Valgius ruffus.
Varius poeta.
Vbertinus cler.
Varro.
Valfredus.
Varinus.
Vgutio.
Vrban⁹ bellunē sis
Vulcatius gallic.
Valla siculus.
¶ xenophon.
¶ zarotus.
¶ Auctorū finis.

¶ Quod potius ad utilitatem q̃ ad oſtentationem hoc opus ſit cō
poſitum & ptimo hic ſe Auctor excuſat.



Onclamati defunctorū manes:ſacroſanctæ uiuē
tium academiæ: litteratiſſimi ac famigeratiores
gymnaſiarchæ.eruditionis plena iuuentus. denu
dato capite:ſubmiſſiſue genibus : & admotis la-
bro digitis ſupplex depræcor:ut erroribus: quos
aliorū ſparſim:farti:agminati:& iugiter enotaui
uſtræ nō offendāt aures: uel uidēdo nō ſuccreſcat
nauſea. Non.n.fuit mei inſtitutum cum laruis
luctari:aut in mortuos inſurgere:aut eorum:qui ingenii ſui tot re
liquerūt monimēta nomen obfuſcare:neq; Synchronorū anthra-
clino colore phamā candicantem obtenebrare.Indignum nāq; cē-
ſeo aliis oppreſſis ſe extollere:ad aſtra euehere.Me non coegit oſtē
tatio:ſed utilitas:non uirulēta rabies:ſet cōferens ſedulitas.an ali
qbus hæc adulabit opinio?Quintianū.ſ.qui doctos diligit : nulli
detrahit:ſincere uiuit:has ut liuorē expuat edidiſſe Epographias?
non certe.& qui norunt cōfitebunt me nūq̃ alienos affectaſſe:aut
labores lancinaſſe. Vita caſſos:& fato ſinamus functos.Nā illi me-
is laudibus minime laudant:neq; uitupio noſtro uituperant.Coæ
uos ſet longe maiores natu:& auctoritate me correxiſſe qs ſuccen
ſeat?q Baptiſtæ Pio ſæpius nō hæream id uitio non dandum eſſe Baptiſta pi
perſuadeo.quē magis miror quā Piū?Pium inquam meū extollo: us.
quo typhi meādros:& auctorū ſupo cyaneas.huius ſtylum nō tm̄
laudo.ſet & ēt æmulari cōtēdo:quē pphani nō admittūt. O duras
ceruices ubi eſt eruditio niſi in meo pio?Hic me efformat:me fabri
cat.an ergo uiroſis inceſſam hunc aculeis?q Iani parrhaſii penitus Ianus par-
nō admittā ſnias uel ipſe illaudatū nō adſcribet.Ianum amo uelut rhaſius.
lrāꝝ examē:ac eloquētiæ uaſtiſſimū pelagus.q Ioā. Britannicum Ioā.britān.
arguā nulli īfandū diiudico:quē ſi odii cauſa cōfodere;:ac mucro
ne lrario diſſecarē uel Perſis adnuentibus graue plecterer.eo q in
ingratitudinis uitiū īcurrerē.fuit.n.Præceptor meus & municipa
lis ē nr.qd Aldū utriuſq; linguæ reparatorē aliquādo minus teneā Aldus
qs uitupet?certe nullus quū in eo oīum auctorū effulgeāt manes. Maturātiꝰ
Franc.Maturantius:Ferretus.Crucius & hiſpani illi cæteriue a me Frā.ferretꝰ
diſtricti cōqueri poterunt:quos ueluti anteſignanos ſp hēo:quoꝝ Iac.crucius
nō tm̄ dānaui:ſet adfatim reieci ſnias.boni igit Lector cōſules ſi ī Qua ætate
hos cōſurgā.qd.n.Iuuenis acyros:& uir lrarū rudimenta eruditus hoc opꝰ cō
minerualibus nocuerit uexillariis?& hoc unū ſcias īdubitāter uelī poſui.
me uigeſimū adhuc nō attigiſſe ānū.quū iſtd opꝰ effigiaui.mox in

scriniis delituit donec multis stimulãtibus ĩ publicũ ediderĩ.ꝙ no
ua aliquãdo iter serã nõ dubites:Hoc nãqꝫ fecit recens recognitio
ac nuꝑ ĩposita extrema manus.Igiť humãissime lector utilitati po
tius q̃ ostentationi hosce qualescũqꝫ labores nostros adscribes.
¶Set quia passim græcas inueniemus dictiones haud ĩdecens du
xi si græcas hic subiicerem litteras mox diphthongos & uocaliuꝫ
uim adponerem.lege tandem hæ sunt.

a.	.u.	.g.	.d.	.e.	.z.	.e.lõgũ uel.i.th.		i
.α.	.β.	.γ.	.δ.	.ε.	.ζ.	.η.	.θ.	ι.
.c.	.l.	m.	.n.	.x.	.o.breue.p.		.r.	.s
.κ.	.λ.	.μ.	.ν.	.ξ.	.ο.	.π.	.ρ.	σ.
.t.	.y.	phi	chi	psi	.o.longum.			
.τ.	.υ.	.φ.	.χ.	.ψ.	.ω.			

¶Vocales longæ semper.η.ω.¶Vocales breues semper.ε.ο.
¶Vocales ancipites idest quæ ad placitum ponuntur.α.ι.υ.
¶Diphthongi græce quas proprias dicunt sunt sex.

.e.	.au.	.i.	.eu.	.i.	.u.
.αι.	.αυ.	.ει.	.ευ.	.οι.	.ου.
			.yi.	.o.longum	

Sunt & aliq adiungentes. .υι. .ωι.set sunt ĩter
ĩproprias.Impropriæ autẽ diphthongi sunt αι.ει.ωι.υι.ωυ.ηυ.

¶Ad lectorem Auctor.

¶Quæ deuoratæ barbarorum uentribus.
Voraginosis:nostra ad usqꝫ tempora
Infecta late barbarismis stridulis
Nuper iacebant:Romulorum syllabæ
Tuentur ecce signa linguæ perdita.
Iam iam puellæ uirgines libethrides
Arces amabunt ire per saturnias.
Nanqꝫ hos libellos hic ut auctor edidit
Virescit omnis syllabarum quantitas.
Sic sit polito syllabarum tramite.
Sacrata pallas ibit in poemata.
Tun quæris istum condidit quis tramitem?
Ostendo:primæ ĩambicorum litteræ
Arctim ligentur:conditorem uideris.

Io. Frãcisci Quintiani Stoae Poetae Laureati de syllabarũ quãtitate. Epographia Prima.

Prohoemium.



VVM MVLTIIVGAM ac uariegatam maiorum sæpins cogitassem sentẽtiam. Quorum alii(ut refert Gellius) pandectas: alii miscellanea alii noctes: quidã antiquarũ rerũ: alii cornucopiæ: alii memorabilium: alii obserua, tionũ: qdam dubitationum: alii adnotationũ: nõnulli diatribas: alius rerũ non uulgarium: ille syl, uarum: quidã polihistoris libros inscripserũt. uisum est hoc opus. Epographiarũ non minus scite q̃ idonee: ne absq; titulo in oiũm ꝑdiret manus: adpellare. ea potissi, mũ ductus causa: q̃ huiusce libri studiosos ad camœnalẽ mensum & ad musarũ cõpagem aditu facili transituros opinarer. Præsertim quũ apud cæteros hæc ars aut confusanea: aut fallax: uel claudicãs haberet metrica. Vnde difficulter: ac intestino: intercutaneoue su, dore adulescẽtes sacrosanctam syllabarũ potuissent excerpere fru, gem. Quocirca ut quærẽtibus desit labor: studiosis flacescat tediũ: curiosis absit scopulus: in hoc opus: quicqd ad artem pertinere re, bar Metricam: transtuli. Primitus nãq; quorũdam triuialium labe culis: & fece mucida ita effundebãtur syllabæ: ut satius: digniusue perpenderem: si eorũ solifugæ niues fuissent atramentum. Nã & er rores ad se trahebant ueluti ferrum magnes: & ut in adagio est κει κιας νεφος. i. cæcias nubes. & si cui mox tituli ampullata: ansataq; uidebitur ostentatio: ut totius operis concinnem perseuerantiã in spiciat: exhortor. In recessu enim magis q̃ in fronte recipiendũ exi, stimabit. Iccirco ut res dictis: & dicta rebus inter se luculẽter cõcor dẽt: aliqd de Poetica primum exordiemur: ut mox qcqd liminaris pollicet pagina: id posticum operis cõprobet Calcispicium.

Tituli plu, rimi.

Niues atra mentum. Prouerbiũ

¶ De poetica. Cap. I.

Poetica philosophia.



Oeticam artẽ apud priscos philosophiam adpellitatam auctores referunt. Qua ab ineunte ætate (ut Strabo ait) uiuendi modus: uitæ dispositio: affectuum series ac uicissitudines phisiologice disponebantur. Hac enim rectæ uiuendi uiæ: salubres animæ rationes: gerendæ administrandæq; res: culti & elegantes mores: instinctus: affectiões rerum ordo ordinis gradus: graduum uenustates dignosci consueuerũt: ut q̃ cũ delectatiõe fieri possent ac iucũditate adgredi nõ allucinarẽt: quapropter nõ absq; cã Poetas mo℞ magr̃os noĩauit antiquitas. Antiqtas inq̃: quũ semp poeticã fuisse arbitrer. astipulante philosopho℞ philosopho Aristotele: cui: quo sub tpe poetica hũerit principiũ: necesse fuit addubitare. Ex quo nec imerito q huic arti incubuerint cæteris antiquiores extitisse legimus. q̃nqdem summus oĩum machina℞ Motor. & re℞ nõ inficiandus Opifex ab ipsis mũdi (ut ita dicã) unguiculis mystica sua p poetas recensenda: decãtãdaq; demãdauit. Quo circa (ut Geographus ait Strabo) græcanicos adulescẽtes poeticis cognitũ initiari disciplinis: utpote q̃ tãq̃ theologice nõ merã uoluptatẽ: set defecatam ac illimẽ moderationis gr̃am cõtinerent.

Poete morũ magr̃i.

Philosopho℞ philosophus. Poete oĩb⁹ antiqores.

¶ Vnde Poetica. Cap. ii.



Oetica aũt a furore cœlico: & diuino: entheoq; suffimine puenire dr̃: quẽ a musis: & musas ab altitonanti Ioue oriri cognouimus. quo annuente oẽs cœlo℞ uoluũtur uertigines: elementa mutuo nexu solidant̃. Vñ non abre mundi aĩam ab aliquibus dici utiq; rimabundus intueor. Quibus auxilians in pastorio ludicro Mantuanus Homerus concinit. Ab Ioue principium musæ. Iouis omnia plena. quod latius nos Orpheos libro primo diximus. Set & Theocritus in theog. Ab ioue sunt uates felix quem deniq; musæ Obseruant &c. Qua ratiõe motus Peripatheticus ille inquit Iouem cœlum ueluti cytharam tenẽtem: cœlestem efficere Harmoniam. Præterea sciendum est a Censorino cognominari melicã: ueluti legitimam musicã ac modulatam. Vñ omnes Poetas melicos accõmodo dicemus epitheto: qd̃ Cicero & Stephanus & Ausonius & gellius testant̃: unde ẽt melicũ uel melodicum poetam græci melopion nuncupant: & poetriam sappho melodẽ: & Simõides ob amœnitatem a græcis dr̃ Γλυκυροδης ꝙ dulcia canebat: hæc ex Pio nr̃o: & ne aliquos imittere hæc dixisse uolui: q tanq̃ plagiarii surripiunt: nec illis tribuũt per quos p̃fecerint.

Poetica uñ Muse uñ. Aĩa mũdi iuppiter. Pastorium ludicrum. Mãtuanus homerus. Orpheus Quintiani opus. Poetica melica. Poete melodici. Poete melici. Melopius: Melodes. Sappho.

¶ Poetices origo. Cap. iii.


Anc aũt a thracib⁹ cũ musica uenisse l.x. testat̃ Strabo: cuius originẽ apud Babylonios aliqui prio suis manda rũt monimẽtis. Græci apud se prius fuisse idubitato au tumãt iudicio. Non deesse auctores a Nẽbrotho exortã affirmãtes uidimus: quorũ opinionẽ nõ tantum taxamus ut nuga toriã: quãtũ minus uere locutos fuisse cõtẽdimus. Parcant babylo nii: cedãt græci: ingeniis suopte floreant: tñ (q̃d eorũ pace dixerim) ad excogitãdã hãc diuinã: ac gẽmascentẽ Poeticã aptissimum ido neũue nõ ꝓtulerũt ingeniũ. Et si ab iis minime: quãto minus a Gi gãte barbaro: infido ꝗ cœlestis curiæ cõtẽptore inuentã existimaue ro? Nos uero potius Omnipotẽti rerum artifici acceptum refere mus: qui moderatam mundi machinam certa ratione & metri Har monica dispositione regit: & ordinat. Quod edocens Pythagoras in cœlestibus terrenisq; rebus ait esse Harmoniã. uerba insup Dio dori bibliotheces sue. vi. lisce astipulant̃ dicẽtis. Musis a patre con cessam lraꝝ inuẽtionẽ carminũq;: quã poetices dicem⁹ rõnẽ. Hanc exercuisse primũ hæbreos: qui multo ante græcoꝝ poetas fuere: sa cre testant̃ lræ. A q̄bus Phemonoen exercuisse dixerim. mox post Phemonoen. xxvii. ãnis floruerũt Orpheus: Linus: Herculis magi stri. Homerus: Hesiodus multo iuniores bello Troiano. ante Ho merum Philemon: Thamyris: Amphion: Dimodetus: Phœnius: Si bylla: Epimenides cretensis: Aristeus proconessus: Asboleus cẽtau rus: Isans: Euclius cyprius: Orius samius: Prouethida atheniensis: apud Romanos uero tardius Poetica exculta est. Nã referente. M. Catone ab urbis principio Poetæ contẽptui hẽbant̃: & uulgo cras satores noiabant̃. Vñ mirari nõ est. si. M. fuluio nobiliori uitio da tũ est. ꝗ is consul quũ esset: in ꝓuinciã ætholiã. Qu. Ennium secũ duxisset. Set primũ: ꝗ Romæ poetices studium intulerit: fuisse Li uiũ Andronicũ cõsono ore cõspiranterq; oẽs testant̃: quã auxerũt Qu. Enni⁹. M. Plautus: Næuius: Paccuuius. Accius, & Lucillius: & notandũ est (Pausania teste) quandam Beo uatem pythiã ꝓfessam fuisse primitus poetã quẽdã Olenum extitisse.

Poetices origo. — Poeticæ quis inuẽtor. — Cui littera rũ inuentio referatur. — Quis pri mũ poeticã exercue rit. — Phemo noe. — Poete post phemono en. — Liuius an dronicus. — Poeticam q auxerũt. — Beo uates pythia. — Olenus pri m⁹ poeta.

¶ Quid sit poetica: & quid differat a poesi: & poemate. Cap. iiii.


Oeticæ artis fictæ ueræq; narratiõis cõgruẽti rhytmo uel pedemetrica structura cõpositæ diffinitionẽ eẽ Dio medes scribit. q̃d & Varro dixit. ¶ Distat autẽ a Poesi: & poemate: ꝗ poetica est ipsa ars. unde delirãt dicẽtes poetriã Hora. quũ poetria sit fœmia: sicut psaltria ut apud Terẽtia nũ Dr̃ hæc eadẽ ꝑclara poetria sappho Poesis ẽ sigñatiuũ & cõtext⁹ corpusue totius pacti opis: ut Aenæis Metamorphosis. Cuius tria

Poetices diffinitio. — Poetica. — Aliquorũ error. — Poetria. — Poesis ge nera.

genera Fortunatianus scribit.s.actiuum narratiuum & cōiūctiuū: de quibus ipsum legito.

Poema

℄ Poema(ut ait Possidonius)est dictio numerosa:seu metrica:siue aptissima operosæ orationis speciem excedens:ut Maxima tellus:iouis æther.uel Poema diuinarum humanarumq; rerum inuētionē cōplectens.℄ Præterea memoriæ mandandū est Poema esse narrationem numeris:& uersibus cōnexam.

Laus ī uersificatione.

Poeticam aūt facultatem in uersificatiōibus fingēdis dici:sup quare legito ēt Nouiū Marcellū.

Vituperiū in uersificatione.

℄ Poematum mox uersificatiōes laudant grauis:plena:æqualis temperata:subtilis:circūspecta:florida & uenusta:qbus cōtrariæ sunt tumida:dissoluta: exilis:fucosa.hæc ex Fortunatiano.

Spés poeti. latine.

℄ Præterea auctore Cæs.basso.Spés poetices latinæ sunt hæ.Dactylica:Epigrāma:Iambica:Lyrica: Tragœdia:Satyra:Prætextata:Comœdia:Tabernaria:Attellana: Rhythmonica:Mimi:licet inferius latius disceptauerimus. De tribus poetices characteribus Seruium legito:& Lancilotum curium lib.ii. quāq̄ paulo inferius aliqua nec spernenda recensebuntur.

℄ Quid inter poeticam:& cæteras disciplinas. Cap. v.

Cæterarū quoq; disciplinaꝝ (quod & Cicero ꝓ Archia innuit)humana diligentia:doctrina:ꝓceptis:& arte:cognitiōes adquiri in dies facile:& procliuiter dignoscit.

Poeticā nō facile asseq̄mur.

℄ Poeticam uero facultaté nisi diuinitus inspiret furor queq̄ nō posse asseq maioꝝ é opinio:aut ꝙ sciétias fere (ut Strabo geograph.primo auctor est)in se omnes continet: aut qa nisi qs insudauerit:aut diuini:& furentis numinis ꝑticeps fuerit non nācisci mur.

Poetica omnes facultatescōtiet

Quod innuens sacratissimus Plato ait multa Poetas mystica decantare quæ quidem & ipsi decedente furore uix intellegant.

Poema cuius inuētū.

Insuper mellifluus ostendit illi quosdā ineptioris ingenii a furore corripi.insinuans fere præclarum opus ac poema non hominis inuentum:sed deoꝝ esse immortalium.

Poetica. Historia.

mox teste Aristotele Poetica magis uniuersalia.Historia uero singularia pertractat.

℄ De poeticæ artis speciebus. Cap. vi.

Poeticæ species.

Poeticæ artis species tres esse docti referūt.℄ Actiuam siue imitatiuam græcis δραματικην uel μιμητικην dictam. Enarratiuam siue enunciatiuam: quæ græcorum εξηγεματικη uel επαγγελτικη dicitur uocabulo. Tertiam communem uel mixtam quam græci κοινην uel μικτην nominant.

Dramatice.

℄ Dramatice est:in qua solæ agunt personæ nulla auctoris interlocutione ut in tragœdiis comœdiisue.

Exegematice

℄ Exegematice est:in qua solus poeta loquitur citra personarum elocutionem: ut in carminibus Lucretii.

Micte.

℄ Micte est:in qua & poeta & personæ

eloquuntur. ut in Ouidii metamorphosi: qđ opus concatenatum adpello: quia perpetua ac recta serie omnes cōcatenatæ sunt fabulæ: sup qbus nostrū distichoꝝ iam editū extat Opusculū: & qa sub iis multæ militant spés idoneum duxi eas breuiter recensére.

¶ De speciebus dramatices. Cap. vii.



Ramaticen multas hr̄e spés apud græcos haud ignotū est. s. Tragicam: Comicam: Satyricā: Mimicam. apđ nos Palliatam: Togatam: Prætextam: Tabernariam: Atellanam: Planipedem. ¶ Tragœdia est heroicæ conditiōis in aduerso statu compræhensio. cuius subiectum & materia sūt dolores: lachrimæ: odium: cædes: uenena: incendia: amaritudines: erūnæ: cordolia: singultus: suspiria: filioꝝ disiecta mēbra: domoꝝ infortunia: Furiaꝝ concitationes: & ut hoc nr̄o concludā pentametro Insidiæ: arma: doli: uis: furor: ira: neces. Propterea iābica rabie ferueſcit carmen tragicum. Ideo Archelao petenti ut Euripides de se Tragœdiam scriberet: Euripidē respōdisse aiunt ab eo exorādū: ne quid accideret quod dignum tragico eēt carmine: & dicit̄ απο του τραγου και τις ωδης hoc est ab hirco: eo ꝙ donaretur eo aīali tragici carminis Poeta. Vnde refragabilis uates Horatius. Carmine qui tragico uilem certauit ob hircum. uel quia (ut alii referunt) ꝙ hiscus uinearum hostis est: & ob hoc alterno hoc carminis genere decantato Libero patri sacrificabant: uel a τρυγα: idest fece: inungebant enim ora fecibus ante usum personæ. In hac aūt floruer̄ apud græcos Aeschylus: Sophocles: Euripides: Arion: Phrynicus: Ion: Acheus: & Philadelphi: Ptolomæi temporibus septem fuere tragici: quos a stellarum consimili claritate nominarūt Pleiadas. s. Homerus non ille magnus: set cuius Homero uocabatur mater: nam & Homeros octo fuisse Archilochus testatur græcus auctor: quod & tangit in æquiuocis Xenophon. Sositheus: Lycophron: Alexander: Anciades: Soliphanes: Philiscus. apud Romanos Pacuuius: Ennius: Varrius: Ouidius maxime a Quintiliano: Cornelio tacito: & Tertuliano laudatus: post quos Seneca: in quo genere & nos præsertim in Christi horrendo exitio. ¶ Comœdia est priuatæ ciuilisq; conditionis sine ullo uitæ periculo. & dicta est απο του κωμοιν. sunt enim comæ rusticorum conuenticula. Iuuentus enim attica circum pagos progredi solebat: & quæstus causa tali uti carminum genere uel dicitur απο του κωμαζειν: quod est commessatum ire. nam solenni adposito die lasciuientibus choris hoc carmen cōcinebāt. Huic ꝓpriū fuit. xxiiii. adhibere saltatores: sicut Tragœdiæ. xv. In comedia autem sunt concessi amores: pharetrati

Cōcatenatum opus. Oui. meta. Distichoꝝ in ouidiū opus nr̄m. Dramatices spés. Tragœdia Tragœdie subiectū. Archelaus Euripides. Tragœdia uñ dicit̄. Irrefragabilis uates horatius Tragici. vii pleiades. Homero mulier. Comœdia Come. Comœdia unde. Saltatores comici Saltatores tragici. Comediarū materie

cupidines:senum trahaces ac morosæ tenacitates: iuuenum furti-
uæ amationes:meretricum lupatæ fraudes:seruorum dolosæ tech
næ:Lenonum prælibata scrutinia: parasitorum profunda uoraci-
tas:sodalium opportunæ opitulationes:militũ insurgentes ac glo
riosæ cristæ:matrum indulgentiæ:Patruorum inhibitiones:legito
etiam Apuleium lib. Floridorum.iii.In hac floruere Susarion:Nu-
lus:Eupolis:Aristophanes:Cratinus:Plato (non philosophum di-
co)Pherecrates:Menander:Philemon:Philestion:Epicarmus:Ma-
gnes:Crates:Phrynicus.apud nostros Cœcilius. Plautus: Neuius:
Licinius:Attilius:Terentius:Turpilius:Trabea: Luscius: Ennius:
de quorum palma Sedigyti extant carmina. In comœdiis primo
Romani usi sunt galeris nõ personis. Personis autem primus usus
est præcipuus hystrio Roscius gallus:eo ꝙ esset indecorus: & ocu-
lis obuersis.Set multa ac plura in libro de metris discurremus.

Poete comici. Personarũ usus. Rosci⁹ gallus.

Satyrica.

¶ Satyrica apud græcos fuit fabula:in qua: non ut tragici poetæ
reges heroasq;:set satyros pene rusticos induxerunt, res grauitate
dignas iocis lusibusq; immiscentes.Satyrarum genuinum fuit tot:
quot tragici:habere saltatores:qui lusus risusq; cum luctibus im-
miscerent in hac Pratinas excelluit:apud nos aliud Poematos ge-
nus satyra est:quod Lucillius inuenit:maledicum: ad omnium ui-
tia carpenda.post illum Varro attacinus:mox Horatius secutus ẽ:
inde persius:exin Turnus de quo mentionem Sidonius facit: mox
Iuuenalis:de quo Acron super Horatio loquens ait.deniq; si Iuue-
nalis non scripsisset nemo isto esset melior:& reuera Iuuenali: quẽ
Satyrographum adpello:non immerito palmam docti tribuunt:
quorum opinionem in nostro latinorum iudicio affirmamus.

Saltatores satyrici. Iuuenalis laus. Satyrographus. Iuuenalis satyricis melior.

Mimus

¶ Mimus est sermonis gestusq; cuiuslibet imitatio nulla adhibita
reuerentia:unde mimum quasi imitatorem dicimus: & quum alia
quoq; poemata idem faciant:tamen quasi priuilegio quodam no-
men possedit:quia communiter id retineat.Mimum scripsisse So-
phrona quendam referunt:quem adeo adprobauit Plato: ut mo-
riens ejus poema sub capite habuisse dicat. ¶ Palliata: quæ a græ
cis in latinum uersa est:usus primum est Liuius Andronicus:quem
Cecilius:Plautus:& alii plures secuti sunt. ¶ Togatæ fabulæ dicũ-
tur:quæ perscriptæ sunt secundum mores: & habitus hominũ to-
gatorum.idest Romanorum:quia uterentur togis:uelut palliatas
græcas dicimus fabulas a græcorum habitu. Togatarum tot:quot
palliatarum:species sunt. Nam aliæ prætextæ: aliæ Tabernariæ:
aliæ attellanæ: aliæ planipedes nominantur. ¶ Prætextæ: quæ &
prætextatæ:sunt quia fere regum:aut magistratuum:qui prætexta

Mimus unũ Sophronis poema sub capite platonis. Palliata. Togata. Togati q. Prætextæ.

utuntur facta compræhenduntur. ¶ Tabernariæ dicuntur: quia non regum: sed uilium personarum: eo quod tabulis tegerentur: acta designabant. ¶ Attellanæ ab attella oscorum ciuitate ubi primum cœperunt: dicuntur argumenta dictaq; iocularia continentes. ¶ Planipedes græci dicũtur mimi: mimographi quoq; & mimologi a Firmico Iulio horum fuere cynœdologi: Ityphali: dicelistæ: & alii plures: ideo a latinis planipedes: quia planis idest nudis in proscœnium actores introibant: non ut tragici cum cothurnis: nõ ut comici cum soccis. Togata igitur prætexta similis fuit tragœdiæ. tabernaria comœdiæ: attellana satyricæ: Planipes mimo. set de his hactenus: quum apud cæteros latior sit lectio. tamen etiam Rhyntonicæ quædam erant (Donato teste) a Rhyntone uilissimo nugatore tarentino. set a Pio repræhenditur: quum rhyntonicas abiectas uiles: humiles: interpretatur ex sententia Columellæ: qđ nostris adulatur auribus.

Prætextis qui utant. Tabernarie. Attellane. Planipedes Mimi Mimographi. Mimologi Cinedologi. Ityphali. Dicelilte. Planus. Cothurn' tragici. Soccus comici. Rhyntonice. Rhynton. Donat' reprehensus.

¶ De speciebus exegematices. Cap. viii.

Exegematice tris species tantum continet. s. angelticen: Historicen: didascalicen. ¶ Angeltice in qua morales continent sententiæ: ut Phocylidis libellus: Horatii epistolæ: Probi opusculum: quod uulgo Catoni perperam tribuunt. ¶ Historice qua genealogiæ: & alia describũtur fabulamenta. ut Ouidii metamorphosis. Hesiodi theogonia. ¶ Didascalice est: qua rerum natura aut de syderibus scribit. ut Lucretii carmina: Varronis: & Macri: qui duo ſm aliquos non dicũtur poetæ: set Epopœi: sicuti omnes sine figmento aliquid explicantes.

Angeltice. Hystorice. Didascalice. Poete qui. Epopei q.

¶ De speciebus mictes. Cap. ix.

Micte has habet species Heroicam siue epicam: Lyricam a Cicerone melicam dictam: elegiacam: Dithyrambicã Iambographam: Epigrãmatographã: Hymnographã. Asmatographã: Epithalamiographã Monœdã: Georgicam: Buccolicam: Epos: Rhapsodiam. ¶ Heroica siue epica est: in qua poetæ magnifico grauiq; dicẽdi gñe: ac heroico carmine fabulas allegoricas necnõ delectas: facũdiãq; singularem describũt. Præcipui apud græcos hi. Homerus: Hesiodus: Panyſis: Antimachus: Pisander: apud Romanos Vergilius: Cornelius: Seuerus: cui secundum locum daremus (Quintiliano teste) si ad exemplar primi libri bellum siculum perscripsisset. Lasciuus quidem Ouidius in heroicis: & nimium sui amator ĩgenii: set si quis bene rimet̃ multiplicem structurã Nasoni ueniam dabimus. Hos secuti sunt Lucanus. Statius. Valerius Flaccus & alii. ¶ Lyrica siue melica in qua

Heroica. Eepica. Cornelii seueri laus. Ouidius lasciuus. Lyrica. Melica.

uario carminũ genere utuntur uates. Horum chorus quinquagin
ta uiris in circulum ſtantibus cõſtabat:poemataqꝫ lyricoꝝ canẽti
bus:& hæc in uictoꝝ feſtis:quibus bos dabať præmiũ. Vnde qdã
eos inceſſens comicus Taurophagos noĩauit. ℂ Elegiaca in q̃ poe
tæ lamẽtationes hexametro pẽtametroqꝫ uerſu decantant.Græco
rum hi præcipui Callimachus:Philetas:Mimermus.apud nos Ti-
bullus:Propertius:Ouidius:Gallus.& dr̃ elegus ab ελκω.i. miſere-
or.nã mortuis elego accinebant Romani. Cicero de legibus con-
ſtrui uetat Sepulchrum altius q̃ quinqꝫ diebus abſoluerint : nec e
lapide excitari prius nec imponi:q̃ qđ capiat laudẽ mortui inciſam
nec plus quattuor uerſibus:quos elegos Ennius adpellat.Hoc car-
minis genus romani dixerunt Næniã. ℂ Dithyrãbica ĩ qua poetæ
fere iidẽ ſunt:qđ lyrici:niſi ꝙ aliquanto plura cõplectanť. primũ ꝙ
cũ tauro tripodẽ dono accipiebant:mox ꝙ eoꝝ poemata ad Dio-
nyſiũ:nõ ad eos qui in agonibus uicerant:cõpoſita canebantur.fue
runt ſane lyrici poetæ.x.Steſichorus:Ibicus:Bacchilides:Anacreõ:
Pĩdarus:Simõides:Alcman:Alcæus:Sappho & Corynnæ binæ mu
lieres.Hos aũt nõ tm̃ lyricos:ſet etiã muſicos fuiſſe dixit Fortuna-
tianus.Dithyrambici autem qui & Cyclici dicti : Arion Mythem-
neus:Laſſus:Hermioneus:nec non Philoxenus cytherius.at lyrico
rum principem omnes eſſe referunt Pindarum:& nulli imitabilem
ſi Horatio credimus. ℂ Iambographa in qua poetæ ad conuicia
proni iambicis utuntur carminibus.ut Archilochus:Ananias:Hip
ponax:apud nos Catullus poetarum leno:& Horatius. ℂ Epigrã-
matographa in qua uates militant:ſtatuas:coloſſos:donaria: & id
genus alia laudantes:& etiam uituperantes.ut Simonides iunior:
Palladeus:Agathias:Homerus qui plura ſcripſi epigrãmata. apud
nos Martialis:Claudianus:Auſonius.ſet ut eruditorum iudicium
eſt.Nullus adhuc latinorum cultum edidit epigramma ideſt præ
ſe ferens illam tranſmarinam uenerem. tamen legito.A. Gellium
lib.xix.cap.ix.qui ponit quædam Valerii æditui: Portii Licinii : &
Quinti Catulli carmina:quibus mundius:uenuſtius:limatius:preſ
ſus:græcum latinumue nihil reperiri quicquam putat. ℂ Hymno
grapha in qua poetæ deorum laudes ſcribunt.ut Homerus Orphe
us Callimachus.ſcripſerunt & Chriſtiani hymnos deum unicum:
ac uerum ſotera.i.ſaluatorem laudantes . ut Ambroſius Sedulius
Prudentius. ℂ Aſmatographa in qua uates muſicas odas ad lyrã
barbiton citherã ſambycã & ad alia id genus multiiugo carmĩe:cã
tionibuſqꝫ accinebãt.ut Demodocũ phœacẽ Martis & Veneris fa
bulã ceciniſſe referunt. Automedem phœmiũ ithacẽſem. Floruere

Chor⁹ lyricus.
Taurophagi.
Elegiaca.
Sepulchrũ quale.
Nenia.
Dithyrãbica.
Tirici poete.
Muſici poete qui & lirici.
Cyclici.
Pindarus
Iãbographa.
Poetarum leno catul.
epigrãmatographa.
Epigramma nullũ cultum latinum.
Hymnographa.
Aſmatographa.

sane ut nunc uulgo cantores:q de q̄uis re cātilenas(quas uulgo cantiōes & latine dicimus)uernacula lı̄gua fabricarūt.ut Dātes:Petrarcha:& nr̄a ætate plures:quos:nisi eorum uigeret phama:enumerare cōtēdere. ¶Epithalamiographa in q̄ poetæ nuptiarum sólénitates cōcinunt.ut Hesiodus de Peleo & thetide:Theocritus de Menelao & Helena:Ptolomeo & Berōice.apud nos Catullus de Peleo & thetide.Claudianus de nuptiis Honorii.¶Monœda ī qua unicā personam insignē cū fabulamento poetæ describunt.apud latinos rari.apud græcos Theocritū Biōis interitum lugere referunt. ¶Georgica in q̄ auctores heroico carmine agriculturæ precepta cōplectunt.ut Hesiodus apud græcos:apud nos Vergili⁹ : qđ geographū opus adpello:ꝗ seriū dixit Apuleius.¶Bucolica in q̄ poetæ lingua utunt rustica.hoc carmē primū Daphnin cōposuisse nōnulli arbitrant:quē secuti sunt Bion:& Theocritus:quē nr̄ imitat⁹ est Maro:cui Calpurnius & Memelianus successerunt:quis nā bucolici fuerit īuētor carmīs refert Georgius Valla lib.xxxviii.ca.iii. ¶Epos est qn̄ poetæ heroico uersu diuinas res heroicas hūanasq; cōpræhēdūt.in quo genere primus apud nos digne scripsit Liuius Andronicus:q Romanoꝝ gesta octo & decē libris enarrauit : q & Annales dicti:& dr̄ παρα το επω τολεσω qm̄ hoc uersu uerba mutuo rn̄dēt.¶Rhapsodia est poema aliq̄ portiūcula discretū diuulsumq;:& dr̄ παρα το ραπτειν ꝗ uersus ī unū Volumē cōtexant. Vel ꝗ olim Homerici ptes carmīs in theatralibus circulis cū baculo pnūciabāt.Et qa circa Poeticā uersamur nō absonū erit : si oēs poetas latinos noīatim & breuiter subiiciā.licet in nr̄is Triumphis carmine heroico fabricatis oēs ēt recensuerim.aliquos Pet. Crinitus in unū cōgessit.De Poetis uero apud græcos scripserunt Zeno cythieus & Aristoteles.apud nos.M.Varro:& Vulcatius Sedigytus:quorum opera temporum iniuria conciderunt.

¶Poetæ Latini. Cap. x.



I nāq; apud Romāos floruerūt poetæ. Liui⁹ Andronicus romanus epicus.i.heroicus.T.Liui⁹rom. tragicus: quē Liui⁹salinator libertate donauit:de quo Liui⁹.vii. de bello punico.Quint.Enni⁹teste Eutropio tarentin⁹: uel ut alii Rudin⁹ heroic⁹.Plaut⁹Sarsinas comic⁹.Gn.Næui⁹ campanus comicus.Stati⁹Cæcili⁹Mediolanēsis comic⁹.M.Paccuuius brūdusin⁹tragic⁹.L.Accius rom.tragic⁹.Terēti⁹ Chartaginien. comicus. Lucilius ex arūca urbe Ausoniæ satyricus.Titinius rom. rogataꝝ scriptor.Hostili⁹ rom.annaliū fabricator.Qu.Fabi⁹Lucull⁹rom. epic⁹.Galbi⁹Bassus rom.satyricus. Sext. Turpilius rom. comicus.

Cātilena.
Cantio.
Epithalamiographa.
Moneda.
Georgica
Serium Vergilii opus.
Geographū uergilii opus.
Buccolica
Epos.
Annales.
Rapsodia.
Triūphos Quint.cōposuit.
Quis de poetis scripsit.
Liuius andronicus.
T.liuius.
Ennius.
Plautus
Neuius.
Cecilius.
Paccuuius
Chartaginiensis.
Accius.

Terentius. Gn.Matiꝰ rom.mimographꝰ: Afraniꝰ rom.comicus.Fabiꝰ Dorse
Lucilius nus rom.comicus.M.Attiliꝰ rom.tragicus.Qu. Trabeas rom. co-
Afranius micus.G.Aqlius rom.comicꝰ.Liciniꝰ Imbrex rom. comicus. Qu.
Atilius. Nouiꝰ rom.attellanaꝝ scriptor.Lucet.Charus rom.heroicꝰ fuit &
Aquilius alius Lucretius comicus:quẽ Fulgẽtiꝰ citat:q & quẽdã Succiũ no-
Licinius minat comicũ.Callimachꝰ rom.heroiꝰ antiquꝰ. M. Cornutꝰ rom.
põponius. satyricꝰ Egnatiꝰ rom.heroicꝰ. Vganius ro.epicꝰ. Põponiꝰ Bononi
Laberius. ensis atellanaꝝ scriptor.D.Laberiꝰ rom.mimographus.Qu.Catu
Catulus. lus rom.epigrãmatariꝰ.Qu.Atta rom. togataꝝ scriptor. Publius
pub ius. natiõe syrus mimographꝰ.Portiꝰ Licinius rom.epigrammatarius,
Licinius Vale.Aeditiuus rom.epigrãmatarius.Catullus Veronen.epigram
Catullus matarius. Cor.Licinius caluus iãbicus rom.Q .Cornificius rom.
Cornificiꝰ epigrãmatarius.C.Heluius cina rom.epigrãmatariꝰ.M. Furius bi
Bibaculꝰ. balculus Cremonẽsis iãbicus.P.Terentius Varro atacinus q c riun
Teré. uar. dus ab atace uico ꝓuinciæ Narbonensi uel abatace fluuio: ut aliis
placuit heroicus.C. Ticida ro.epigrãmatarius. Furius Antias rom.
annaliũ scriptor heroicus.L.Iulius calidius rom.heroicus. Tullius
Antias. Laurea rom.epigrammatarius. ¶ Post hos eruditiores nati.P.Ver
gilius Maro Mantua.heroicus.Horatius Flac. uenusinus lyricus
Vergilius. T.Valgius ro.elegus. Albius Tibul.rom.elegus.Fulgentius quoq;
Horatius. alium Tibulium Flac.comicum citat:sic Memorẽ tragicum:Ruti
Tibullus. liũ geminũ tragediopiũ.M.Mallius:qui & Manillius: rom. heroi-
cus.Gn.Cornelius gallus foroiuliẽsis elegus. Sextus Aurelius pro-
Gallus. pertius Mœuanius elegus.L.Varius romanus tragicus.C. Mecœ-
propertius nas ethruscus elegus.P.Ouidius naso Sulmonensis elegus. Qu.Va
Ouidius. rus Cremonensis elegus.Iunius Columella rom.heroicus.Palladi-
us Rom.elegus.Cassius Seuerus Parmensis elegus. Domitius Mar
Mõtanus sus rom.epigrãmatarius.Iulius Montanus rom. heroicus.C. Ger-
Macer. mãicus Cæsar heroicus.Cæsius Bassus ro.lyricus.Aemilius Macer.
Seneca. Veronensis heroicus.C.Rabirius rom. satyricus.L. Anneus Sene-
ca hyspanus pñia Cordubensis tragicus.C.Asinius gallus rom. epi
persius. grãmatarius.A.Persius flaccus uolateranus satyricus.Cornelius Se
Lucanus uerus ro.heroicus.M.Anneus Lucanus Hispa.pñia cordubensis he
Getulicus roicus.Pomponius scd̃s rom.tragicus. Gneus getulicus epigrãma
tarius.Sextilius Hæna hyspañ.prima cordubẽsis heroicus. Seleius
Sabinus Bassus ro.heroicus.Clodius Sabinns ro.elegus.C. Pedo Albino ua
nus rom.epigrãmatarius.Gildas Britãnus elegus:sed magis epigrã
Statius matarius. Vulcatius sedigitus ro.Iãbicus.Statius Papinius Neapo
Silius. litanus heroicus. Silius Italicus hispa. heroicus.C.Valerius Flac.
Valeriꝰ fla. Setinus Patauinus heroicus.D.Iun. Iuuenalis Aquinas satyricus.

Aruntius Stella patauinus elegus. M. Valerius Martialis hisp. Bilbili natus epigrámat. Sentius Augur ro. epigrammata. Vestricius Spurina ro. lyricus. Voconius Victor ro. epigrámat. L. Paulus passienus ro. uel umbrius eleg. T. Annianus ro. fescenninographus. M. Marullus ro. mimographus. Au. Serenus ro. lyricus. Vergilius ro. com. mimiábographus. Ruffus. F. auienus ro. heroicus. Alphi⁹ Auitus ro. iábic⁹. Septimius natione afer hymnograph⁹. T. Calpurni⁹ siculus buccolicograph⁹: aliũ a Fulgétio Calpurniũ comicũ citari iuéio. q & Sutriũ noiat comicũ. Pindar⁹ Ausonius heroic⁹. Aurel. Olymp. nemesian⁹ carthagiñ. buccolicogr. Mau. Terétianus chartagin. iábicus. Cl. Claudianus Alexád. ex ægypto heroic⁹. D. Ausonius Gal. Buldegalen. epigráma. Damasus hispan. hymnogra. Iuuécus hispan. heroicus. Aur. prudentius cle. ro. & ut docti censent hispan. heroi. Pontius Paulinus burdega. heroi. Licenti⁹ Hipponen. heroicus. Venátius honori⁹ fortũat⁹ Rauénæ erudit⁹ heroic⁹. Faustus Gal. uassates: & ut aliq Lugduneñ. heroi. C. Sol. sidonius Apolinaris hurdegalé. sed ut ipse ait Aruern⁹ heroi. Boeth⁹ Seuerin⁹ ro. lyricus. Mart. Capella heroi. chartagi. Petronius arbiter ro. satyricus. Sedulius ro. heroi. Arator ro. hero. Prosper Aqtanicus epigrá. Architrenius Gal. heroi. Lactátius Fir. elegus. Rhénius Fan. ro. heroicus. Proba Falconia ro. centronographa: q̃ nouum & uetus ex Vergilii uersibus contexuit instrumentum. Sueuius ro. heroicus

Iuuenalis
Martialis
Calpurni⁹
Serenus
Ruffus. f.
Terétian⁹
Claudian⁹
Ausonius.
Iuuencus.
Prudenti⁹.
Licentius.
Fortunat⁹
Sidonius
Petronius.
Mar. cap.

¶ Neoterici ét aliq sunt. quoꝝ nec spnéda legunt carmina ut Dátes Florétinus heroicus. Frác. Petrarcha Floré. heroicus. Io. Boccatius certaldus heroicus: qué magis oratoré dicendũ censeo uernaculũ. Carolus Arretinus heroicus. Maffeus Vegius laudensis: & ut latinius loquar Pompeio politanus heroicus. Frác. Philelphus Mediolan. heroicus. Iouius Pontanus Neapolitanus heroicus. Michael Marullus Constantinopolitanus epigrammat. qui duo meo quidem iudicio antiquis comparádi sunt. Angelus Politianus Florenti. heroicus. Io. Picus Mirandulanus heroicus. Callimachus ro. elegus. Anselm⁹ nepos Parmensis tragic⁹. Aureli⁹ agurellus iambic⁹. Pacificus ro. elegus. Io. Baptista carmelita Mantuanus heroic. Pãphilus Saxus mutinensis epigrammatographus: & plures alii: quos posteritati comedandos prætermitto: dii faxint ut Brixianæ urbi sim honestamento: quum & nunc. Ipse aliquod toto nomen in orbe geram. set de his hactenus.

Neoterici
Dátes flo.
Petrarcha
Io. boccatius orator uernacul⁹.
Põtanus.
Marullus
Politianus
Anselmus.
Aur. aug.

¶ Quátũ amati poetæ primitus fuerint. Cap. ii.



Ere diuini habendi sunt poetæ: quos ingeniorum fons Homerus apud omnes honoris esse demonstrauit par-

Poete diuini.
Ingeniorũ fons homerus.

Cōtra poetas. ticeps. Vnde antiquis sub seculis eos non tantum muneribus: sed etiam amoris uinculo reges condecorarunt. Proh dedecus ingens dedecus: quum aliqui Platonis more ex urbibus eiiciendos autument. illud nephandum ostentantes Homerum uelut insanientem quinquaginta drachmis ab atheniēsibus mulctarum. & lacedæmonios Tyrreum mentis impotem dixisse: & archilochi uersus e ciuitate exportari iussisse: taceant obsecro donec pro poetis nostra edatur apologia: set interim uideant quo honore antiqtus habiti sunt auidite iō ac animaduertite poetaꝝ cacomastiges. Quis enī tā uestrum myops est: & exoculatus: qui Archelao macedonū regi contubernalē fuisse nō legerit Euripidē? Anacreonta Polycrati samiorum tyrāno? Hieroni syracusis Aescylū & Simōidē? Nōne teste Pli. Menāder a qbusdam regibus p legatos nauimqꝫ petitus ē? L. plotiū Mario: Terentiū Lælio familiares fuisse q ignoret est nullus. Nōne Decius Bru. eo quod eēt pclarissimi uir ingenii adamauit Accium Nōne Scipioni fuisse Ennium charissimum in orōne p Archia testat Cicero? ciuitate Theophanē mitileneū donauit Pōpeius. Titū Liuiū tragicū ob ingenii meritū a Liuio Salinatore: cuius liberos erudiebat libertate donauit. Cherilū i alexādri oblectamēris fuisse nullus it inficias quem coluit Augustus præter Vergiliū? Horatio quis diuitias obtulit? Mecænas. Antoninus ad diuitias extulit Oppianum. Statium laurea Domitianus: Ausoniū consulatu donauit Gratianus. Dātē Florenti. sicelidum rex honorauit aragonēsis Færdericus. Frācīscū Petrar. Ioānes galliaꝝ rex coluit munificētissimꝰ & nō tm̄ uiuētes: set ēt fato fūctos in honore habiti sūt uates. Alexāder cognomēto magnus referēte Pli. libros Homeri: quē uiaticū dicēs cū ense noctu sub puluinari tenebat. Si plutarcho credimus. Darii scrinio cōtinuisse legit: q & homeꝝ qti faceret (Flauio uopisco referēte ī uita Probi) apud Achillis sepulchrū demōstrauit: de quo nostrū tale carmē ē: qđ nō minus delectabit quā placebit. lege

Margin notes: Cōtra poetas. — Pro poetis — Archelaus rex. — Euripides. — Anacreon. — Polycrates — Hiero. — Aescylus. — Simonid. — Menander — L. Plotius. — Terētius — Accius. — Ennius. — Theophranes. — T. Liuius. — Cherilus. — Vergilius. — Horatius. — Oppianus. — Statius — Ausonius. — Dantes. — Petrarcha. — Hōerici li. — Alex. ī poetas ſueretia — Epigrāma nr̄ꝫ đ alex.

Viderat immensum tumulum armipotentis Achilli.
    Magnus Alexander quum stetit: & gemuit.
Sic ait. argolici felix o phama triumphi:
    Cui licuit tantæ dicier ore tubæ.
Quæ tua dardanios dixit fera bella per hostes:
    Et tua bellaci tela cruenta manu.
Te tantum illiaco laudauit dextera bello
    Dixit & in minimum pelias hasta diem.
Set grauis altisono resonat tuba homerica bombo:
    Vnde eris in totas uiuus olympiadas.

reuera poetaꝝ propitius fautor fuit Macedo: qui & euersis Thebis
Pindari uatis parci iussit penatibus. Set ad Homerũ reuertar: quo
dum careret grámaticus quidam ab Alcibiade pugno percussus é
Atheniense. Præterea Spartiano teste Aelius uerus Rom. impera-
tor Ouidianos amores noctu cõtinuisse repertus est. ꝙ nisi cineres
poetarum ingeniosissimi amore prosecutus fuisset amatorios libel
los pertractasset nunq̃. Quid de alio dicẽdum iudicauero? qui Pla
tonem poetarum Mantuanum Homerum adpellauerit. & ut om-
nibus maiori sit admirationi: præcipitati in mare Hesiodi corpus
ad litus retulerunt delphines: cuius & interfectores tẽpestate obru
ti fuerunt. & apud Sarmatas gentem barbará publica impensa Na
soni Ouidio constitutũ fuit sepulchrũ. Nonne poetis & ipsos deos
propitiabiles beneuolosq; fuisse testatur Plinius? si quidẽ ab oracu
lo Archilochi interfectores reprehensi sunt. mox & tanquá delitias
suas Sophoclem Liber pater sepeliri demandauit: qui & bachantes
in arbores cõmutauit ciconas: eo ꝙ Orphea uatem celeberrimum
trucidassent. Iam transeo Simonidem: qui diuino admonitu bis ab
exicio liberatus est scilicet & a maris & triclinii infortunio. Præte
reo ꝙ Antipatri Sidonio poetæ dii concesserint. Non referam quo
amore honoreue me Iacobus Euraldus heduensiũ ꝓsequatur eps.
Quintianum inter familiares suos primum nominat Stoæ fauet
uelut frater essem. quæ in me cõtulit enumerarem bona: nisi apud
oés patés esset cõmerciũ. at iá restat ut q̃d sit Poeta recenseamus.

¶ Quid sit Poeta & de eius officio. Cap. xii.

POetam solum sapiẽtem noíari solitũ oís asseuerat poste
ritas: cuius doctrinaꝝ oíum scaturientem cognitioẽm
multi assignát: ut Musæo: Lino: Orpheo: Homero: Pin
daro: Hesiodo: attribui uidemus. Quáobrem diuinum
adpellat Plato ꝙ quasi aliquo deoꝝ dono: atq; munere comẽdatus
mortalibus uideať. sanctum Ennius noíat: ꝙ nõ húana: set diuina
tẽtare: atq; eo quo nisi ducẽte deo puenire nõ é copia: ꝑgere cogno
scit. Vñ Hora. non minus scite q̃ uere ait: dices hũc esse poetá Inge
nium cui sit: cui mens diuinior: osq; Magna sonaturũ dic nóis hu-
ius honoré. Istis í primo tuscu. germana loq̃tur oratoꝝ achilles Ci
cero dicẽs poetá graue plenũq; carmẽ aliquo mẽtis instinctu effun
dere. siľr ígeniosissimus uatũ Ouidius Naso regionalis opis. iiii. Im
petus ille sacer q̃ uatũ pectora nutrit. Idẽ amatoriæ doctríæ. iii. Est
deus in nobis: sunt & cõmercia cœli. Sedibus æthereis spiritus ille
uenit. Qui si altius intonasset fere altitonáti Ioui poetá præposuis
set: & quis melius potuisset exprimere? Phineu q̃d euomis? te poetá

Alcibiad.
Grámatic⁹ percussus.
Pindarus.
Aelius Ro. imperat.
Ingeniosissimus poetarum.
Plato poetarum.
Hesiodi corpus.
Ouidii sepulchrum.
ꝓpitiabilis
Archilo.
Sophocl.
Orpheus.
Simonid.
Antipater sidonius.
Iacob⁹ ural dus eps.
Poeta sol⁹ sapiens.
Poeta omniscius.
Poeta diuinus.
Poeta scũs
Poeta q̃s.
Achil. oratoꝝ cicero
Regionale ouidii op⁹.
Amatoria ouidii doctrina.
ꝯ phineũ.

dicis & protermMinas? eo φ uno haustu: & spiritu uini uas meri ĩgurgites: uis poeta conspici? primo quale sit Poetæ officium discito.

Poete officium

ℭ Poetæ quale officiũ esse debeat nõ minus eleganter q̃ decenter scribit Horatius: Aut prodesse uolunt: aut delectare poetæ: Aut simul & iucunda: & idonea dicere uitæ: aliud poetæ officium ab Isidoro æthimol. viii. ponitur: ut sub fabularũ delectabili nube: & iucundo fictionum cortice: aliquid ueræ naturæ: ac philosophiæ deprahendat. Iccirco ait Aristoteles fabulã tãquã animã esse poematis. Quod ẽt in genealog. docet Bocchatius. Hic obiter non insulsum erit si Poetã prorsaicũ Apuleiũ: & Historiopiũ poetam Lucanum adpellari admonuerim. Hæc dixisse uolui ut floridior: magis φ multiplex hæc prima habeatur Epographia.

Fictionum cortex

Fabula aĩa poematis.

Poeta prorsaicus

Poeta historicus.

Poetica licentia.

ℭ Quid sit Poetica licentia. Cap. xiii.

POeticã licentiã usurpari a quibusdã triuialibus: & umbraticis uidimus. Quorũ sua tanti demẽtia est ut cõtra regulas rationes: artẽq; progredi concessum esse opinẽtur. Poetica aũt licentia est ut si solutionibus utamur sæpius: si collisiões aliqñ nõ admittamus: si unũ ꝓ quolibet ponamus ligno: ut est apud Macrobiũ. si uocalẽ longã uocali sequente breuiemus: si derelictis grãmaticoꝝ nugis latũ iter capessamus quo ad differentias. Nõ aũt est licentia poetica in syllabis aberrare: stilum euertere: humilia extollere: superba deprimere: cõnectẽda dissoluere: dissoluenda uincire: solida exinanire: cassa roborare: lugubria hilarare: gaudia lugentibus uerbis recensere: alte incipe: depressius desinere. set dementiã potius dicam bacchicam. Hei non possum quin uices doleam. Scribimus indocti: doctiq; poemata passim. ut Venusinus. ait Quæ carmina hodie in lucẽ prodeunt? in iis nullus sensus: hic nulla carminis ratio: nullus ordo: lepores nulli: nulla scientia: nil litterario dignũ comercio: oẽs licentiosi: in oĩum ore licẽtia semper: nõ expers loquor. & carminibus indulgeo indulgeboq; Si uiuere nobis Fata diu dederint. testari asseueranter Iouẽ possum lapideum me adhuc carmẽ non deduxisse claudicans nisi impressoꝝ sint labeculæ: an propter carminum paucigraphiam? nõ certe. quũ me & diecula sola mille uersiculos cõponere? qui experti sunt: nouere. hic supersedeo: quum nihil turpius sit quã seipsum extollere. me extollant plura edita: ac edenda uolumina: quibus non solum hominum gratiam: set adepti sumus immortalitatem. inposterũ scripta non durabunt forte: edidi tamen tanq̃ duratura. de poetica licentia in libro de metris latius diximus: & scitu nec indignũ est nõ semper Maronẽ licentiæ temeritatẽ amasse: ut ex Macrobio legimus

Vices doleo.

Iuppiter lapideus

Auctoris gratia.

Vergilius nõ amat licentiam.

Poeticæ et licentiæ Strabo primo greograph. meminit.

Quid inter Poeticã & metricam artẽ differat. Cap. xiiii.

ARtis poeticæ mores: stilũ: iter: affectus: ordinẽ: Poeta ut seruet documentũ est: ut põt uideri apud Horatium: nõ aũt penitus carminis rõnem ut male sensit Mancinellus alioqui exquisitissimus. unde uellicatur a Scauro apud Senecam Ouidius metamorphoseon. xiii. q minus præcepta serua uerit eo q minorem non esse uirtutem scire desinere q̃ loq: innuat. Sũt enim Ouidii uerba in præallegato libro ubi ait de tumulo Polyxenæ: quũ polyxena esset adducta Achillis imolãda tumulo Hecuba inquit. cinis ipse sepulti In genus hoc sæuit. poterat esse contentus (Ait Scaurus) adiecit tumulo quoq sensimus hostẽ: neq hoc contentus adiecit Aeacidæ fœcunda fui. Vbi si uelimus gementis matris naturam rimari: & affectum. potius Ouidio q̃ Scauro adhærebimus. quod latius in nostris dubitationibus disputauimus. uerumtamen in affectu ut in tristi quum uideatur ludere a Seneca dãnatur metamorpho. i. ubi de diluuio loquitur: quem & in dubitationibus excusabo: aut excusare uiriliter conabor. Præterea a Donato in eunuchum dãnatur Maro: & negligens habetur. quum post occisum mezentium nõ facta noctis mentiõe statim intulit. Oceanũ interea surgens aurora reliquit. utinam Donatus ipse suggillator nõ esset negligentior. quis nãq putet mane uenisse: aut uẽtuꝝ nisi prius nox abierit? placet ideo ut legas Seruium. primo cõmẽtario ubi Virgilius ait. Et iam finis erat. q. i. æ. s. Ideo lector hæc adnotasse uolui ut circa hæc artem uersari cognosceres poeticam. de qua etiam Seruius. mox quantum in poesi ars ualeat Enniano uel notum est defectu: q ab Ouidio dicitur Ennius ingenio maximus arte rudis. notũ insuper illud Vergilii est: quũ Enniũ præ manibꝰ haberet interrogatus qd faceret: iquit se auꝝ ex Enniano stercore colligere. Ars aũt metrica est: in qua metrorum genera: & syllabaꝝ demõstratᷓ quãtitas. ut apud Terentianũ: Seruiũ: Probum: Victorinum. Capellã uideri põt. Itaq omissa arte poetica metricã exequemur: & primo de pede: sine quo icedere ars metrica pculdubio impos est: quia eo carmine & nũeri incedere uidentᷓ: sicut gressu pedibus ue aĩalia ingrediuntᷓ.

Ars poetica.
Mãcinellꝰ male sentit
Ouidiꝰ uellacatus.
Ouidiꝰ defensus
Scauro nõ hereo.
Ouidiꝰ dãnatus.
Vergilius damnatᷓ.
Vergilius defenditᷓ.
Contra donatum.
Ennius sine arte.
Ennii stercus.
Ars metrica.

De pede. Cap. xv.

PEdem subleuationẽ esse: ac positionẽ duaꝝ ampliusue syllabaꝝ spacio cõpræhensam Diomedes diffinit: aut pes est metrica syllabaꝝ cõstructio: & numeri prima pgressio per legitimos & necessarios sonos iuncta cũ certa temporum obseruatione: & nisi duæ: aut plures deueniant syl-

Pedis diffinitio.

labæ quæ arsim:& thesim: aut ecõtrario faciant pes nullo pacto di ci potest. ¶ Pedum aũt alii bisyllabi:alii trisyllabi:alii duplices : ut adpellant Donatus & Cæsius Bassus. quos tamẽ aliqui neoterici te trasyllabos uocãt:nõ desinũt insup q addũt pẽtasyllabos: nos uero ẽt hexasyllabos.i.sex syllabaꝶ ad põemꝰ.: quos lector hic subiicio.

¶ Pedes bisyllabi numero quattuor:tẽpoꝶ.12. Cap. 16

Spõdeus. Põtificius.



Pondeus.l.l.ut musas:qui & põtificius dicit:nomẽ trahit ἀπὸ τῆς σπονδῆς hoc est a libatiõe. nam in templis spondaica carmina componebant : ne libantes sonum abominosæ audirent uocis.uel ut duabus longis symphoniis propitia deorum uolũtas solidaretur.ex quo Numa Pompilius Ro.rex ariolationis potens dum diuinaret hunc pedem nominauit Pontificium:qui & spondaico melo utebatur patrios placans ĩdigetes. ¶ Trocheus.l.b.ut nympha alio noĩe choreus: chordax:conon:rutilius dicit ἀπὸ τοῦ τροχοῦ hoc est a rotatu.nam uolubiliter incedit modulatio trocheis contexta. uel παρὰ τὸ τροχάζειν.idest a discursu:qa discurrentes in sacrificiis deoꝶ uterent. Aurunci hunc rutilum adpellarũt:quia in bello reducta dextra cũ clamore tela iam uibrata iaciebãt.Hunc ẽt mercurio dicatũ aliqui affirmãt:qui impetu longo:& mira festinatiõe in breuem gressum finire dr. ¶ Iambus.b.l.ut ceres.alio noĩe daunius uel gradarius dicitur παρὰ τὸ ἰαμβίζειν.hoc est a cõuiciis. ꝙ maledici hoc utant carmine.uel a Iambe puella:quæ hoc uersu lacerata laqueo turpiter suũ oppetiit diem:uel a Iamba Niobes ancilla:quæ lassam quærendæ proserpinæ fatigatiõe cererem apud dominam hospitio susceptam hoc carmine laudauit:uel dicit iambos quasi τρίαμβος a triumphatore Dionysio:cuius laudes tali melo prosequebãtur:dicitur & gradarius eo quod sit Marti dicatus:quia iniens pugnas telum torquebat.Nam hi qui iaculantur breui accessu in extensum passum progrediuntur. Hunc prisci apuli daunium adpellarunt a duce suo Daunium ꝙ graduali pugna duos dimicare constituit ut dextero assequente paulum sinistroqꝫ progrediẽte pede gradus firmaretur. ¶ Pyrrhichius.b.b.ut dea:quem dibrachum : bibreuem: tripudiãtem:cinesiam:ægeona:pariambum:nominamus : dicitur ἀπὸ τῆς πυῤῥίχης.idest a saltu militari.uel a Pyrrho Achillis filio: qui citis modulationibus bis breuiter prominentem clypeum genibus incumbens:& terrore illo in hostem ferebatur. uel quia primus uictoria potitus eo metri genere laudatus est : uel dictus est pyrrhichius παρὰ τὸν πυρσόν. hoc est a flamma ꝙ mobilitatis tripudio acies flammarum imitaretur.

Numa põpi.ariolator.

Trocheus.

Trocheus mercurio dicatus.

Iambus.

Iãbe puella.

Daunius dux.

Pyrrhichiꝰ

Pyrrhus. Achi. filiꝰ.

¶ Pedes trisyllabi numero. 8. temporum. 36. Cap. xvii.

D Actylus. l. b. b. ut clodius cui herous & politicus nomen est: dr̃ ἀπὸ τοῦ δακτύλου translatioñe articulorum: q in digyto sunt: nã ut in digyto longũ primũ articulum sequentes scimus eẽ breues: sic in dactylo uidemus. uel ab idæis phrygiæ populis: qui iouem puerulum: & eius uagitum ænea uasa concutientes similis pedis cõpositione psonantes celauerunt. unde illos populos dactylos adpellamus: a qbus iste pes merito potuerit trahere nomẽ. ¶ Tribracus. bbb. ut qm̃. qui & tribreuis: brachisyllabus: pigmon: choreus: trochichus: trinocheus: & ut Cice. in oratore ait Trocheus dr̃. quasi τριβραχεα. i. tribreuis. & dicit choreus quia coreis eius compositio conuenit. ¶ Amphimacrus. lbl. ut litteræ quem creticum: phasceninum: amphimeron: mensalem: nominamus dicitur ὅτι ἔχει δύο μακρὰ ἀμφὶ τὴν βραχεῖαν a binis scilicet protensis: quibus ab utraq̧ parte correpta continetur. & mirari non est q̧ dicatur creticus pes: quia Cretes saltantes eo utebantur uersu. ¶ Bacchius. bll. ut fugabunt. cui etiam œnotrius: pariabus: tripodius saltans nomen est dicitur ἀπὸ τῆς βακχῆς: quia a bacchantibus conuenienter componebatur. uel quia dithyrambicorum carmen: quod in honorem Dionysii magna ex parte talib⁹ constabat pedibus. ¶ Palimbacchius. llb. ut orator. qui & antibacchius: latius: saturnius: altibreuis: proponticus: thessaleus: dicit παρὰ τὸ παλεῖν καὶ βακχεῖον q̧ illi sit contrarius. ¶ Amphibrachus. blb. quem etiam messiũ en. stolan: ianium: scolium: utrinq̧ breuem nominamus: dicit ὅτι ἔχει δύο βραχεῖα ἀμφὶ μακρὰν a binis breuibus. s. quibus utrinq̧ longa continetur. ¶ Molossus. lll. ut anchises alio nomine Hippius: channius: uertumus: extensi pes: dicitur. qui molossi ad bellum procedentes huius concinata compositione utebantur. uel quia hoc constabant pede odæ: quas in Iouis delubro canebant in memoriam Molossi filii Pyrrhi & Andromaches a quo festa molossia dicta sunt. dicitur quoq̧ Hippus ἀπὸ τοῦ ἵππου hoc est ab equis qa equestri pugnæ conueniens apto melo modulabatur. ¶ Anapestus. b. b. l. ut curios. qui etiam antidactylus dicitur ὅτι ἀναπάλλει ἀντίκρουον ῥοῖ τὸν δάκτυλον: quia recurrens sono reciproco dactylum repercutit.

Dactylus. Tribrach⁹ Amphimachrus. Bacchius. Palimbacchius. Amphibrachus. Molossus. Anapestus

¶ Pedes duplices seu quadrisyl. nũero. 16. tẽporum. 96. Cap. xviii

D Ispondeus. llll. ut oratores dicitur: quod duplici spondeo constat. ¶ Diiambus blbl. ut oppacitas dicit qd' duplicem iambum contineat. ¶ Antipastus bllb. ut redemptoris dicitur παρὰ ῥαντίσπασιν: quia iamb⁹ &

Dispõdeus Diiambus Antipastus

trocheus ex quibus componitur contrarii sũt. ℭ Ionicus maior.i.
αποmειξονος llbb ut sermonibus. ℭ Pæan primus lbbb ut impe-
rium.dicit ab inuentoris nomine.uel quod hoc metro laudes apol
linis canerentur quas Pæana uocant:unde & Pæan aliquando dici
tur apollo. ℭ Pæan secundus blbb.ut imaginis. ℭ Epitritus prim⁹
blll.ut reductores:ab aliquibus etiam hippius nominatur & dici-
tur quoniam hic pes ex spondeo constat:qui quattuor habet tem-
pora & iambo uel trocheo tantum tria habentibus : quaternarius
uero numerus ad ternarium relatus sesquitertiam proportionem
seu rationem facit:quæ græcæ επιτριτος dicitur. ℭ Epitritus ter
tius llbl.ut uestigiis. ℭ Pæan tertius bblb.ut amaryllis. ℭ Pæan q̃r
tus bbbl.ut alacritas. ℭ Epitritus secundus lbll. ut proditores.
ℭ Epitritus quartus. lllb. ut oratoris. ℭ Ionicus απελαστονος:
hoc est a minore bbll.ut animosos. ℭ Choriambus lbbbl.ut histo
storiæ:& dicitur ꝙ ex choro & iambo compositus fit.uel ꝙ in cho-
ris apud ueteres celebratissimus fuerit. ℭ Ditrocheus lblb.ut quin
tianus.& dicitur etiam dichorus:catatrocheus. ℭ Proceleusmati-
cus bbbb.ut ariete & dicitur παρα τὸ προκελευστιν:idest ab hor-
tatione & iussu nautico : ad quem ob uelocitatem aptissimum in-
tuemur. Quos si quis uelit latius Diomedis & Donatiani euoluat
uolumina.sed de eorum compositionibus Cæsium bassum legito
& quum Diomedes pentasyllabos adiunxit sic & nos iungemus:
quos in impressis Diomedis codicibus non omnes inuenies ad scri
ptos.& adnotes uelim pentasyllabos & Hexasyllabos pedes uocari
Hetroplicos.eo ꝙ uariorum pedum combinatione nascũtur:nam
ετερος dicitur uarius. ideo ne uario uerborum utamur anfractu
prosequemur.

Ionic⁹ maior. Pæan primus. Pæan secũdus. Epitritus primus. Epitritus tertius. Pæan tertius. Pæan q̃rt⁹ Epitritus secundus. Epitritus quartus. Ionic⁹ minor. Choriãb⁹. Ditroche⁹ Proceleumaticus. Diomed. restitutus. Heteroplici pedes q.

ℭ Pedes pentasyllabi numero.32.temporum.240. Cap. xix.

ℭ Mollossospondeus	lllll.	ut	argumentatores.
Paraprieros	lbbbb	ut	composuimus.
Simplectos	llbbb	ut	ætas hominis.
Molossopyrrhichios	lllbb	ut	frumentaria.
Calotibos	llllb.	ut	collaudabamus.
Antiperiodicus	lblbl.	ut	multitudines.
Messobraches	llbll.	ut	existimantes.
Molossoiambos	lllbl.	ut	consulatus est.
Hippobraches	lblll.	ut	tela deponunt.
Bacchichoricus	llblb.	ut	desiderandus.
Chorodactylus	lblbb	ut	tullus armiger.
Chorobachius	lbbll.	ut	tela capessunt.

Strophus	lbbbl.	ut	instituerant.
Anticyprios	lbllb.	ut	exhiberetur.
Doriscus	lbblb.	ut	imperitabat.
Amabœos	llbbl.	ut	colles superi.
Antamabæos	bbllb.	ut	loca munita.
Iambocreticus	blbbl.	ut	reipublicæ.
Cyprios	blbbl.	ut	amore dei.
Antistrophos	bbllb.	ut	recognouere.
Iambodactylus	bllbb.	ut	is indoctior.
Pariambodes	blbll.	ut	manus reponunt.
Dochimos	bblbl.	ut	humiles deæ

Qui a Quintiliano Ciceroneue cõstare dicit̃ bllbl.qđ Cæsius ait.

Periambus	blbbb.	ut	diu stetimus.
Aegeoscolius	bbblb.	ut	bonus homerus
Messomacrus	bblbb.	ut	deus affuit.
Periodicus	blblb.	ut	amaritudo
Pyrrhichio anapestus	bbbbl.	ut	agilior est.
Dassios	bbbll.	ut	per ea præceps
Diphios	bblll.	ut	populabundi.
Probraches	bllll.	ut	in armis mortes
Hiortius	bbbbb.	ut	mulieribus.

¶Hic aduertendum est apud Georgium Vallam mancos esse pedum ordines scilicet pentasyllaborum:quem errorem cui adscribam aut impressori(quod non faciam)aut ei qui minus diligens fuit:ad fatim dubius sum.¶Insuper Hexasyllabos pedes numero esse.64.nulli inficias euut:quorum nomina(quod equidem sciérim)nullus latini græciq; idiomatis efformauit præter Franciscum nigrum cuius antequam illius opus uidissem:scitissimo(quoad poteram)adpellaueram nomine.quod multi(ut ita dicam) Quintianissantes ad probare possent.hoc erit maleuolis cordolio. ꝙ noua ausus fuerim effigurare nomina.suo iure dirumpantur. Susq; deq; facio modo doctis candidissimisq; eruditioribus placeam.quos ne succenseant oratos uelim:si minus idoneis nomina dederim uocabulis. forte post me emergent ingeniosiores aliqui(quod precor) qui idoneiores inuenient dictiones:quum facile sit inuentis addere.iam nostro marte inuenta prosequamur licet & aliquando Frãcisco Nigro in aliquibus concordem.iã lector accipe numero.64. temporum.576.cap.20. Georgius ualla mancus.

Dimollossus	llllll.	ut	uestros oratores.
Epimachrus primus	lbbbbb.	ut	crede facilius.

Latiopigmeon	llbbbb.	ut	culmis gracilibus.
Protomeſſos magnus	lllbbb.	ut	dixerunt leuia.
Diſpondegeos	llllbb.	ut	firmamentum maris.
Epibraches ſextus	lllllb.	ut	oratorum palma.
Trichoreus	lblblb.	ut	quintianus auctor.
Didactylus	lbblbb.	ut	imperitabimus.
Meſſopyrrhichius	llbbll.	ut	uegrandis iaſon.
Antidiſcolios	lbllbl.	ut	dardanorum manus.
Epibraches ſecundus	lbllll.	ut	turbines uentoſos.
Chanioanapeſtus	lllbbl.	ut	flectentes numeros.
Theſſalocreticus	llblbl.	ut	pellas moleſtias.
Saturnioanapeſtus	llbbbl.	ut	formidine dei
Dactyloſcolios	lbbblb.	ut	illia reſecta.
Ditheſſaleus	llbllb	ut	torpore cedente.
Creticodactylus	lbllbb.	ut	ſtridet horror niuis.
Heroocreticus	lbblbl.	ut	gratia quintiæ.
Heroochanius	lbblll.	ut	crimine conflato.
Amphimacrobacchius	lblbll.	ut	fama longa forti.
Epibraches quintus	llllbl.	ut	firmamentum cadens
Creticolatius	lblllb.	ut	clara uirtus fulget.
Creticochoreus	lblbbb.	ut	hercules meruit.
Propontidactylus	llblbb.	ut	infida prælia.
Amphimeroanapeſtus	lblbbl.	ut	cura nutrit apes.
Moloſſoſcolius.	lllblb.	ut	inſtrumenta cuncta.
Dactylænocrius	lbbbll.	ut	crimina reſeruans.
Epibraches quartus	lllbll.	ut	terris imperantes.
Meſſoproceleumaticus	lbbbbl.	ut	hiſtoria monens.
Epibraches tertius	llblll.	ut	feruent maris fluctus.
Dactylolatius	lbbllb.	ut	thura deis grata.
Latioſtola	llbblb.	ut	exercitus omnis.
Anapeſtocreticus	bbllbl.	ut	rutili milites.
Bacchioanapeſtus	bllbbl.	ut	canentes homines.
Epimacrus tertius	bblbbb.	ut	meruit libya.
Oenocriproponticus	bllllb.	ut	adulantes tolle.
Epimacrus quartus	bbblbb.	ut	cereris eſt manus.
Pariambodactylus	blllbb.	ut	bonos tollit deus.
Choriofeſceninus	bbblbl.	ut	numerat hic boues.
Diiambocordax	blbllb.	ut	deo reducente.
Anapeſto bacchius	bblbll.	ut	fugit imperantes.
Amphibrachohippius	blblll.	ut	necabit armatos.

Scolioanapestus	blbbbl.	ut	iasonis auos.
Epimacrus quintus	bbbblb.	ut	abiete pugnat.
Ianiodactylus	blblbb.	ut	cupidinohor.
Oenocritrocheus	bllbbb.	ut	camilli galea.
Bacchioscolius	bllblb.	ut	reformans iulus.
Stoloparyambus	blbbll.	ut	meros bibe potus.
Pyrrhichoriambos	bblbbl.	ut	graciles uiduæ.
Pariiambaphimeros	bllbl.	ut	ferus cæsar domãs.
Anapestolatius	bbllb.	ut	fluuiorũ murmur.
Anapestoscolius	bblblb.	ut	reboans leæna.
Choriothessaleus	bbbllb.	ut	agere præbenda.
Epimacrus secundus	blbbbb.	ut	mala muliere.
Discolius	blbblb.	ut	atlantiadesq;.
Messospondeus	bbllbb.	ut	cacodemon malus.
Dibacchius	bllbll.	ut	cothurni nitentes.
Stolofesceninus	blblbl.	ut	lebete candido.
Epimacrus sextus	bbbbbl.	ut	arietibus hoc.
Antilatiopigmeon	bbbbll.	ut	pariete lapso.
Choriocanius	bbblll.	ut	facilior perses.
Anapestochanius	bblll.	ut	modularunt uates.
Epibraches primus	bllll.	ut	inextricosæ res.
Ditribrachus	bbbbbb.	ut	tenuia preme.

¶ Vltra autem istos pedes statim soluta sequetur oratio: sed iã pedum accidentia adgrediamur.

¶ De pedum accidentibus. Cap. xxi.

Accidentia pedũ sex esse pueri nõ ignorãt. s. arsim: thesim numerum syllabarum: tempus: resolutionem: figuram: metrũ addit Diomedes: ego rationem & Syzigiã: aliqui etiam basim adiciunt. ¶ Arsis ut Priscianus. Mart. Capella: Sergius: & omnes uniter testantur: est eleuatio quæ pedem incipiens inter tres syllabas cõputatur. ¶ Thesis est positio uel uocis remissio: quæ pedem finiens nisi inter duas syllabas esse non potest quia duobus ictibus arsis & thesis quærenda est: & ut facilior sit cognitio: hic quidem omnium consensus est: arsim primam esse partem dictionis. thesim ultimam. Vnde Isidorus ærhimo. iii. cap. xix. inquit arsim esse uocis eleuationem idest initium: thesim positionẽ idest finem. ¶ Numerus syllabarum est compræhensio uocum pedem facientium: quia unusquisq; pes proprias habet syllabas. nam pedem alii bisyllabi: alii trisyllabi: alii duplices uel mixti seu tetrasyllabi: alii Hetroplici idest pentasyllabi & hexasyllabi de quibus

Arsis.

Thesis.

Numerus syllabagę.

Tempus superius est facta métio. ¶ Tépus est qa quũ in pede erit longa syl
laba δίχρονος est. idest bitéporea. si autem breuis μονόχρονος est
idest unius tpis. temporum græci alia eurithma alia rhythmoida
alia arythma dicunt. Eurythma quæ concinnum ordinem custo-
diunt. Rhythmoida quæ compositionem non respuunt: set exigui
Resolutio sunt examinis. Arythma quæ nullam habent cõcinnationé. ¶ Re
solutio in pede fit quum pes pro pede põitur ut ĩ hoc (teste Seruio)
Aedificant sectaq; intexunt abiecte costas. nam ibi solutio est spon
dei in pceleumaticũ. alias ĩ anapestũ ut Fluuiorũ rex eridanus. ali-
as ĩ dactylũ ut Arma uirũ tabulæq;: & troia gaza per undas ubi ali
qui diu quæritarũt ubi ná fit hæc spõdei solutio in dactylum. quũ
Seruii lo- etiam dactylus in quacunq; Hexametri sede poni possit præterq̃
cus. in sexta. Lector intende lœtaberis. Diomedes grammaticorum ful
Grámati men inquit. Heroicũ hexametrũ initio sex spondeis compositum
corũ fulmé texuere deinde soluta spondei altera syllaba sine temporis dáno da
ctylum summit hæc ille. & quia dicat Seruius solutionem in anape
Heroicũ stum: aut in proceleumaticum fieri. est quũ dicat Diomedes Heroi
carmen cũ adpellari quoties in. i. in. iii. &. vi. spõdeus ponitur sede. mox spõ
deos resolui in dactylos. similiter apud Prisc. de. 12. carminibus in-
uenies. Sergi[us] quoq; ait legitimũ uix eé dactylũ in heroico set factũ
ob solutionem. Sunt & aliqui qui dicant resolutionem esse quum
Figura una pro duabus: p una duæ ponunť syllabæ. ut auctor est Beda unũ
etiá diæresim: & synæresim dicimus. de quibus late inferius tracta-
Ratio bitur. ¶ Figura é: qua indicamus in pede unáquáq; syllabã si longã
Conditio hoc mõ —— si breué isto ∪ si ancipité hoc pacto ⁀∪ quáq̃ alii
Proportio. figuram q pedes sint simplices: aut duplices: aut heteroplici nomi
Dactylica nát. ¶ Ratio quá alii conditionem siue proportioné adpellant: est
ratio. quũ pedé partimur in tria: quod in orato. ait Cicero. ut necesse sit
Iábica rõ pedis partem aut æqualé esse alteri parti: aut altero tanto: aut sesq
Pæanica maioré esse. ita ut dactylus sit æqualis: ideo dactylica dicitur ratio.
ratio. duplex iambus igitur iambica é ratio. sesquipæan. iccirco pæanica
Aequa rõ ratio nominatur. Set exéplo oém rem patefaciemus: dicimus igiť
Dupla rõ dactylú rationé habere æquá: quú constet prima longa: & duabus
Sesqualte- breuibus: ecce quod bina tépora binis comparanť: sic in spõdeo &
ra ratio pyrrhichio. exin dicimus Trocheũ habere rationé duplá quia duo
Sescupla tépora uni comparanť: sic in iambo. Sesqualtera uel sesculpla ratio
Sesqui ter- est in duobus & tribus téporibus ut in bacchio ex breui & duabus
tia ratio. longis constante. ecce ibi quinq; esse tépora in quibus duo tribus
Epitrita cõparanť. sesquitertia uel epitrita ratio est in tribus & in q̃ttuor ut
ratio in epitrito primo ex breui & tribus cõstante. ecce ibi septé esse tpa

in quibus tria quaternis cõparanť:& ut paucis abſoluã: quando in pede aliquo paria uidebis eẽ tẽpora erit æqua rõ:ſi imparia uſqȝ ad tria erit dupla:ſi ĩparia uſqȝ ad quinqȝ erit ſeſquialtera: ſi uſqȝ ad ſeptem erit ſeſquitertia ratio. Sunt qui triplã adiungant:& ſuperbi partientẽ tertias:epitetartã:& ſeſquiquintã. Tripla ratio eſt quoties arſis unũ tempus & theſis tria cõtinet tẽpora ut in amphibraco: quẽ nonnulli pedẽ nõ eſſe autumant ea ratione quã in poetica ſua dixit Valla Georgius. Superbipartiens tertias rõ eſt quoties in pede arſis tria tẽpora:theſis uero quinqȝ cõtinet ut in antycíprio. Epitetarta ſeu ſeſquiquarta eſt quoties in pede arſis quattuor theſis quinqȝ habet tempora ut in meſſomac o. Seſquiqnta rõ eſt qñ ĩ pede arſis ſex tempora:theſis quinqȝ cõtinet ut in caniocretico:& hæ ſunt in heteroplicis pedibus. ¶ Sy-ygia autem ex uariis pedibus in unum collecta cõcluſio uel cõiugatio dicitur. nam inuenta eſt pp dictiones ultra quattuor ſyllabas:quæ diuiduntur diuidentis arbitrio ut ſi uelimus diuidere ædificatio oportebit per duos dactylos aut per coriambũ & pyrrhichiũ:& eſt ſciendũ quũ Syzigia ſimiles iungit pedes Tautopodiam:ſi diuerſos Dipodiam dici. Vnde Franciſcus niger minus uere locutus eſt:quũ dipodiam cum ſyzigia inter partes qualitatis pedũ enotet. Syzigiam tamen inter pedum accidentia non poni Domitius Quintius phœnix frater meus innuit in ſua metrobaſi:cõferenť duoȝ fratrum ſigna:licet ipſe uigeſſimũ & primũ adhuc nõ tetigerit annũ:& trutinabuntur Doctiores an illi:an mihi qui nuper quintũ & uigeſſimũ perfeci annũ ſit aſſẽtiẽdũ. ¶ Baſim eſſe pedis poſitionẽ ſcimus dici:quæ in epitritis pæanibuſqȝ tantum attenditur. quã potius inter ſubaccidentia ponerem. nunc de metro dicendum eſt.

Tripla rõ.
Supbipartiens tertias ratio.
Epitetarta ſeu.
Seſgquarta ratio.
Seſgquinta ratio.
Syzigia.
Tautopodia.
Dipodia.
Frã. nigro nõ hereo.
Domitius quitius frater meus.
Quintiani ſtoæ ætas.
Baſis.

¶ De metro & eius origine. Cap. 22.

METrum:qđ græco idiomate:latino menſionẽ dicim⁹(ut Diomedi placet)eſt pedũ iũctura finita numero: & mõ. uel ut Donatianus ait eſt cõceptio certis & legitimis pedibus expedita:dicitur etiam Verſus quia cõcinnis flexibus molliter euoluatur. Verſus autem eſt partium cõgrua ordinatio:pedum ornata copulatio conſona ſpecie normam exhibens metricam:uel eſt compoſitio pedum ordine ſtatuto modos cõpotiones:ſublationeſqȝ:conſeruans. latius Diomedem legito. dicitur & Carmen quod ſit cantibus aptũ:nõ autem a carmẽta ut aliquorum fuit opinio. nam anteq̃ mulier illa eſſet, erat: & fuiſſe carmen manifeſtum eſt. ¶ Metrum deinde tripliciter auditur. Bioticon quod eſt in uſibus conuerſationis humanæ. quale eſt carmen

Metrũ qđ
Menſio.
Verſus q̃re.
Verſus qđ
Carmen.
Aliquorũ error.
Bioticon metrum.

Poeticum metrum

Horatii seculare. ¶ Poeticum quod a poetis per uerba: ac uersus figurat: quod et ipsum quattuor modis intellegimus. primo per tēporis spacium: ut in syllaba aut longa aut breui. secundo per syllabarum numerū: quū pes aut bissyllab⁹ aut trisyllabus aut duplex ponitur. tertio per qualitatem pedum quia certis conficitur pedibus, Vnde dactylica spondaica. quarto per pedum numerū: quia aut hexametrū aut pentametrum &c. ¶ Cōmune quod est musicæ rationis: siue disciplinæ: cuius species apud Lancilotū Curiū poteris legere. ¶ Metri originē omnipotenti attribuimus deo: qui ut superius diximus cœlestē efficit Harmoniā. usos fuisse hebræos antiqtus metris legimus. Iis Caimū Abelunq; primos fratres ac Abrahamū superatis hostibus deo sacrificasse nemini dubium est. Nonne auctore Iosepho (siue mauis Iosippo) antiquitatis iudaicæ. 2. Moses hebræorum imperator maximus: q fathiscentibus aquis mare rubrum trāsgressus fuisset: diuino adflatus numine Hexametrum carmen in dei gratiarum actione effigiauit ac edidit? Nonne Dauid: & ut aliqui Dauidus: ille rex eodē teste antiquitatum. 7. a præliis expeditus uario hymnos metro cōposuit? alios dimetros alios trimetros: alios quinquemetros? nōne Solomonis & Hysaiæ uersibus edita: & lege poetices condita extant uolumina? non ne Idomeneus Iob: quem iobum dicerem: uolumen quod admirantur oēs numeris in textum posteris dereliquit? Sed de iis hactenus: qa latius in una quadā nostra iam impressa oratione de poetices laudibus disseruimus. iā ad metrorum genera transeamus.

Cōmune metrum. Metri origo. Caimus Abelus Abrahamus Moses. Dauid Dauidus Solomon Hysaias. Iob. Iobus. Orationes edidit quitianus.

¶ De metrorum generibus. Cap. 23.

Metrorū genera Numeri. Heroicum unde Oracula uersu edita Oracula soluta reddita orōne Asclepius Metrorū genera.

Metrorum: quos latine Censorino teste nūeros uocam⁹: qa in numerum cōgesti sint pedes: plura esse dicūtur genera: quæ ut ait Seruius uel a reb⁹: quas scribimus: noīa acceperūt ut heroicū: qđ est hexametrū: licet Moses primitus usurpauerit: & qa Homerus cæteriq; heroū gesta hoc metro scriptitare soliti sunt heroicū dicimus quo et carmine ante Homerum Apollinis oracula reddebant. tñ sciēdū est aliqñ oracula soluta orone (ut in. 9. testatur Strabo) relata primitus. quocirca Cicero de diuinat. 2. Pyrrhi tēporib⁹ Apollinem desiisse uersus facere scribit. ¶ Vel a pedibus ut iābicū: a freqntatore ut asclepiadeū (fuit. n. Asclepi⁹ nō iuentor sed frequētator Donatiano teste) a cultoribus ut phaleciū si Fortunatiano credimus: a pedū nūero ut pentametrū. iō eorum genera. 8. eē ait Serui⁹: cui Donatianus astipulat dicens pæanicum & pceleumaticū inter generalia nō poni. nouē Priscianus & Fortunatian⁹: quos seqt Angelus Politian⁹ eē dicunt: scilicet Iambicū Tro

chaicũ Dactylicũ Anapesticũ Choriábicũ Ionicũ a maiore Ionicũ a minore Antipasticũ Pæanicum addidit Seruio omittenti Priscianus. Ces. uero Bassus Tonos cõiũctis in unũ Ionicis adglutinauit. sed de his plura in libello de metris dixim⁹. in quo mira metrorum genera enumerauimus: adeo ut nũero sint qngẽta & septuaginta: sic lector quotidie insudo ut ꝓsim: & non sim Hemerobius qđ aíal quo die nascitur eo suum oppetit diem: si Plinio credimus.

Seruius omittit Quitian⁹ librum de metris cõposuit. Quingẽta & .lxx. metra. Hemerobius.

ℭ Quot metro accidant. Cap. 14.



Etro accidere octo ex auctorib⁹ collegit. s. gen⁹: speciẽ cõpositionẽ: cæsurá: Sistema: colõ: magnitudinẽ: figurá: & depositionẽ. alii: adulante minime opinione nr̃a: Sistema omiserũt: quos: si ꝑpẽdissent: ĩcuriositatis nõ pœniteret. Sũt & aliq nec spernẽdi adiũgẽtes mẽsurá: ordinem: adpellationẽ: symphonesim: modũ: harmoniá: quæ oĩa breuissime explicabo.

Metri accidentia. Aliorum defectus

ℭ Gen⁹ ĩ metro dicim⁹: quũ uniforme ẽ ut dactylicũ: & iábicũ: pẽtametrũq; elegiacũ ut apud Capellá Lápridiũq; leges. uñ Fortunatianũ miror dixisse pẽtametrũ ꝑ se seorsum ac solitariũ: ñ posse carmẽ facere: aliqñ tñ metra diuersa uidem⁹ copulari ut dactylica cũ anapesticis: hexametra cũ pẽtametris: qđ tetigit Ouid. põti. 3. Ad. posui senis te duce qnq; pedes. ut ẽt dicem⁹ in sistemate inferius: sed de. 18. generis partib⁹ adgeratim in lib. de metris diximus.

Genus. Fortũatianũ miror.

ℭ Spẽs metri qualitas ẽ: quá in qbusdá generibus diuersam uidem⁹ ut sub anapestico pĩdarica: alcmanica: simonidica: & differt a qualitate. ná Qualitas in metro est: qua intellegimus utrũ prĩcipale sit an deriuatũ. de finita & infinita triplici qualitate latius ĩ libro de metris unde nec uident aberrare qualitatẽ inter metri accidẽtia ponẽtes.

Species. Qualitas.

ℭ Cõpositionẽ: quá iuncturá dicũt: referũt esse quum uersus ex diuerso metroꝝ genere copulant ut apud Horat. uideri est Scribere uersiculos amore percullsum graui. ẽ. n. semiqnaria pentememeris heroica cũ dimetro iábico. sed de cõpositione uniformi & diformi: & de diadica trisema: triadica tetrasema: & tetradica hexasema adfatim in lib. de metris disseruim⁹.

Cõpositio. Iunctura.

ℭ Cæsura in metro est: quum in hexametro decoras terminationes facimus: græci hanc comá: latinoꝝ aliqui sectionẽ nomináť: & dr̃ teste Donatiano coma quasi trũca pars mẽbri a corpore amputata. Sunt aũt quattuor. Primá pentememerim (teste Prisciano) uel semiquinariam dicimus. quum post primos duos pedes syllaba orationis partem terminans reperitur ut. In noua fert animus mutatas. d. f. Secundæ heptememeris est nomen: quæ post tres pedes superantem reddit syllabam orationis partem finientem ut Arma uirumq; cano. t. q. p. a. o. Tertia tro-

Cesura. Coma. Sectio. Pentememeris. Semiquinaria. Heptememeris.

Trochaica chaica noiaf:q̃ & catatriton:quũ poſt duos pedes trocheus orõnẽ
Catatritõ. pficit ut. Dulce meũ miſere dom⁹.l.e.i. Quarta ẽ bucolica ubi poſt
Buccolica q̃ttuor pedes ſyllaba ĩ partẽ orõnis delinẽs ĩuenit̃ ut Cogere donec
oues ſtabulis nũeꝝ.q.r. placuerit forte ſi Pontani uerba ĩſeruerim
dicentis apud poetas in tertiis.5.7.9.ſyllabis cæſuras ĩueniri. quas
Tritime- Tritimemerim: pẽtememerim: heptememeri: Enneamemeri noia
meris. mus. in q̃bus breuis ſyllaba aliq̃ñ elõgat̃: nulla haſpiratiõe ſequen
Enneame te.in.3.Lucan. Dũ ſanguis ĩerat. licet is lõgum dicemus q̃nta ẽ po-
meris. graphia.in.5. Tibullus Te canit agricola magna quũ uenerit urbe
in.7. Vergil.& furiis agitat̃ amor & conſcia uirtus in.9.Catul.I.u.
u.iã dicet̃ hymeneus:quãq; ſit hic aſpiratio.& aduerte in metris di
metiendis duas correptas ꝓ una ꝓducta accipi. qđ ſi metitus fue-
Carmen ſi ris in ſupioribus ĩuenies exemplis. Hic aduerte lector inſonoꝝ eſſe
ne cæſuris. carmen:quũ nullæ ſint cæſuræ ut hoc in nr̃o in exẽpli oſtẽtationẽ
Sidera cœ.ũ:meſſes tellus: carba ſa pontus. reperiri apud Maronẽ
aliq̃ñ nõ ignoro ut in.12. Magnanimi iouis ingratũ aſcendere cu-
bile. qđ ibi affirmat Seruius. nã heptememeris: quã hr̃e creditur in
ſynalipham cadit. de hoc ait Terentianus Rarũ concedã fieri non
poſſe negabo. ubi aduerte ſi Pontani uera ſnĩa eſt reperiri tritime-
merim (modo aduertas tẽpora.) ex quo affirmauerim uel poſito pi
Seruiũ ad- gnore nullum abſq; cæſuris reperiri carmẽ. niſi quælibet dictio ſu
uertito. um faciat pedem ut eſt in exẽplo noſtro; quod ſuperius diximus.&
unũ ut admoneã me cogit ſcilicet apud Seruiũ cõmentario.12. legi
Siſtema. heptememerim in ſynaliphã cadere: quũ ipſe melius dicerẽ in ecly-
pſim. ſet de cæſuræ partibus quattuor farti ĩ libro de metris. ¶ Si-
Colum. ſtema eſt metroꝝ collectio: aut duoꝝ aut pluriũ ſimilium: uel diſ-
ſimiliũ. diſſimiliũ aũt in elegia: nã poſt heroicũ ponimus pentame
trũ. Similiũ ut eſt ſaphicũ phalecium. ¶ Colon metro accidit: q̃a ĩ
certas integras orationis partes ſeparatur uerſus. ut defeciſſe iuuat
ſua. ecce poſt tres pedes nihil remanere: & aliquãdo in duob⁹ pedi
Comma. bus liberis (teſte Sergio) ut apud Horatiũ Terruit urbem: & dicitur
colon teſte Donatiano quaſi a corpore abſciſſum integrũ mẽbrũ:
& differt a Cõmate: q̃a cõma dicitur: quãdo poſt duos: uel poſt tres
Periodus. pedes ſequitur ſyllaba orationis partẽ terminans ut diximus latius
ubi de cæſuris. Periodus autem plena ſententia eſt Beda teſte: un-
de ait Probus: ex litteris ſyllabas: ex ſyllabis pedem: ex pede coma:
Magnitu ex comate uerſum: ex uerſu colon: ex colo naſci periodon. ¶ Ma-
do. gnitudo in metro dicitur quum ſyllaba naturaliter breuis longa
tur. ut Terraſq; tractuſq; maris: alii magnitudinem deſinunt di
Figura. centes fieri cauſa finalium. ¶ Figura metro accidens: eſt ordo: &

ſeries inter ſe nõ tantum pedum:ue℞ etiá dictionũ metrorũq̧.32.
figuras hexametro poſſe recipi Priſcianus & Diomedes teſtantur:
quarum cognitionem multos latentem ſatiáter patefaciemus.He-
xametro.nãq̧ carmini ſex accidere pedes & infantiſſimis cognitũ
eſt.in quo propter figuras tantum habentur quinq̧:quia in ſexto
nuſquã reperitur pedis diuerſitas. ut inferius uidebitur. Ideo quo-
tieſcũq̧ hexametrũ habebit quinq̧ ſpondeos:aut quinq̧ dactylos:
tunc duæ erunt figuræ quia quinq̧ dactylos aut quinq̧ ſpondeos
recipit.Exẽplo apertius demonſtrabitur.Ennianũ eſt carmen.Olli — Carmẽ ex
reſpondit rex albai longai.hoc eſt unius figuræ carmen:q̃a quinq̧ — ſex figuris
ſunt ſpondei.Vergil.Pandit interea domus oĩpatentis olympi. Sic — Vergilii lo
.n.legit nõ oĩpotentis ut habent paſſim codices:quia ex quinq̧ da — cus.
ctylis eſt:unam figurã continet.aut hexametrũ ex quattuor dacty
lis & ſpondeo:aut ex quattuor ſpondeis & dactylo cõſtabit:& tunc
numerabuntur figuræ.10.ut Tytire tu patule recubans ſub tegmi
ne ſagi. ecce hic quinq̧ figuras.In hoc luctantes uentos tempeſta-
teſq̧ ſonoras.ecce huic carmini ĩeſſe.5.figuras ꝓpter quattuor ſpõ
deos & dactylũ. aut hexametrũ eſt ex tribus dactylis cum duobus
ſpondeis:aut ex tribus ſpondeis cũ duobus dactylis.ubi uiginti nu
merantur figuræ ut Arma uirũq̧ cano portentoſoſq̧ cometas.ec-
ce ꝙ duo ſpondei inter tres dactylos decem faciunt figuras.Conti
cuere omnes intentiq̧ ora tenebant quod carmen decẽ figuris cõ
ſtat:quia duo inter tres ſpondeos ſunt dactyli. ideo ſi oẽs nũerabis
triginta duas numero cognoſces.Ille autem uerſus qui unius eſt fi — Mono-
guræ Monoſchemaſticos dr̃ q̃ quinq̧ pentaſchemaſticos.qui decẽ — ſchemaſti
decaſchemaſtichos adpellabit̃ ut affatim edocet Diomedes. Præ- — cos.
terea earum talis cognitio eſt(teſte Priſciano)opus eſſe hoc lector — Pentha
aduerte.ut quibus & quot pedib⁹ unaquæq̧ ſedes ſeruiat diſpona — ſchemaſti-
mus:& numerũ duplicemus. quẽ ſingulæ priores ſedes ad pedum — cos.
numerũ accipiunt.exẽplo obſcurã rẽ angulatim dealbabimus.He
roicũ carmẽ in prima ſede dactylũ & ſpõdeũ põt admittere ſilr̃ & ĩ
ſcd̃a.ideo bis duo q̃ttuor faciũt.in tertia item ſede duos accipe po
teſt pedes duplicet̃ in hoc numerus bis q̃ttuor octo reddũt. in q̃r-
ta ſilr̃ ſede duos capit duplicemus numerum bis octo faciũt.xvi.in — Figuræ ma
.v.etiam ſede duos poſtulat pedes duplicet̃ numerus bis ſexdecim. — iores.
xxxii.reddũt:& ſcitu dignũ eſt per dactylos maiores:per ſpondeos — Figuræ mi
minores figuras Diomede teſte adpellemus.Quare in.vi.ſede figu — nores.
ræ non numerent̃ inferius enotabimus. ¶ Depoſitionem eſſe cu — Depoſitio
iuſcunq̧ metri deſinẽtiam Syllabographi oẽs edocent. Sunt igitur — Acatelecti
q̃ttuor.Acatelectica quũ uerſus unuſq̃ſq̧ integer eſt:ut Nec fonte — ca.

Hypcatelectica
Catalectica.
Brachicatalectica
Quare heroici pes ultim⁹ bisyllabus.

labra pro lui caballino. Hipercatelectica est quū una aut duæ abū dant syllabæ ut Oē adeo genus in terris hominumq̧ ferarūq̧. Catalectica quum tm̄ una deficit syllaba: ut mea renidet in domo lacunar. Brachicatalectica est quū ut sit perfectū metrum pes unus deficit ut apud Plautū sunt. Hic nō immerito quare in heroico pes ultimus in bisyllabum desinit usum est ponere: ne obsit sequēti qn celeriter currat doctissimus scribit quidam.

Mensura.

¶ Mensura metrorū ē quum debitum pedum quoad poeticæ regulas damus numerū. nā carminū aliud monometrū: aliud dimetrū: quodā trimetrū: aliud tetrametrum: aliqua pentametra. alia Hexametra. & non mireris apud Plautum ex octo pedibus inueniri carmina: quia metra iambica Trochaica & anapestica duplicibus pedibus cōputant: ascenduntq̧ usq̧ ad tetrametrū. unde monometrū iābicū dr̄ quod duobus: trimetrū qd̄ sex cōstat pedibus.

Ordo.

¶ Ordo in metro ē cuiuscunq̧ membri dispositio ſm finitā uel infinitam carminis qualitatem. nā metrorū aliud monocolon: aliud dicolon distrophon: aliud dicolō tetrastrophon: aliud tricolon tetrastrophon: ut apud Hora. sunt.

Adpellatio

¶ Adpellatio in metro est quū uarie nomina sumat. nam aliud ab accidentibus ut elegiacum: aliud a locis ubi cani consueuerit ut attellana: ab inuentoribus ut saphicum: a diis quibus dicatum sit ut Pythiū: a mēsura ut monometrū: a pedum structura ut anapesticū a syllabarū numero ut endecasyllabū: a poetis frequenter utentib⁹ ut simonidiū.

Symphonesis.

¶ Symphonesis est quū duæ syllabæ scandendo in unam coeunt cuius quinq̧ partes dissererem nisi sparsim in. 2. epograph. docuissem: & latius in libro de metris.

Modus.

¶ Modus in metro ē quum pedum in carmine dispositio eius naturā ostendit. cuius sex partes sunt. s. catattica: schematica: asynarche: synchemenos: zeugmenos: & parragoge de quibus in libro de metris ad geraum disserui.

Harmōia.
Instrumentalis harmonia.
Vocalis harmonia.

¶ Harmonia est quia metra musicæ partem continent: set harmoniam ad poetas pertinentem in duas diuidi scimus partes: scilicet in instrumentalem & uocalem. instrumentalis est quæ uersatur in cythara lyra barbyto & cæteris id genus. uocalis in uoce cōsistit cuius quinq̧ species & omnia præcedentia abundāter in opere metrico diximus. Set iam scansionem aggrediamur.

¶ De scansione. Cap. xxv.

Scāsio qd.



Cansionē metro inseri nulli dubiū censemus; quam sic diffinitio. Scāsio est metri ꝓpria in pedes singulos dimēsio: disiunctioq̧: qua ueluti per gradus scalas ascendimus: ita per pedes omne metimur carmen. Quæ scāsioni accidant uberius pinguiusq̧ paulopost narrabimus: qa prius de

litteris aliqua tradēda officio duxi.& primo de eaꝝ ꝓlatiōe uersibus edita:quos quo ad potui facilimos ut legeres lector hic adposui.Hos admodū adulescēs olim lusi: In libello tñ nr̃o monosyllaborū ét inuenies ut in fine sint elementa carminum.

¶De prolatione litterarum. Cap. xxvi.

A sub directo memorabilis oris hiatu est.
B simul inclusis profertur utrinq; labellis.
C linguam ad pulsos compellit adusq; molares.
D cogit superos linguam contingere dentes.
E paulum pressa profertur gutture lingua.
F labrum inferius superis cum dentibus urget.
G damus extremum quum tangit lingua palatum.
H oritur tractis quum uentus faucibus halat.
I linguam impellit collidi dentibus imis.
K fauces formant media cum parte palati.
L facit extremum contingens lingua palatum
M quum fit pressum premitur per utrunq; labellum.
N lingua adpulsa collidit littera dentes.
O uenit exoritur quum spiritus ore totundo.
P datur eruptis ter littera quinta labellis.
Q fit in adpulsu quum stringimus ora palati.
R facit ut supero crispetur lingua repulsu.
S quum fit peragit colliso sibila dente.
T linguam impulsu contactis dentibus exit.
V facit os strictum:sic promula labra fatigat.
X reddit quicquid.c atq;.s.formare uidemus.
Y apprehensis labris procedere iustum est.
Z sepulchrales imitatur concita dentes.

¶Litterarum numerus. Cap. xxvii.

Litteræ qb⁹ utimur latīæ(si Diomedi credim⁹) sunt tres &.xx.si Pliniū Papyrianūq; sequemur.xviii. dēptis.y.&.iii.græcis.K.&.q.supuacaneis.licet alii referant ad scitas esse:quia apud græcos sequente uocali ponitur.K.& apud nos.Q..ut.κοίραγος quirinus.κοίγτιαγος Quintianus.κοίγτιλιαγος Quintilianus.H.non est littera.Alii Donato adherentes tantūmodo putāt esse.xvii.litteras siquidem ex tribus &.xx.una haspirationis nota est.h.una duplex.x.dux superuacaneæ.K.&.q.licet in scđa arte Donatus.q.nō superuacaneā dicat.qđ in prima arte dicit:duæ græcæ.y.&.iii.Priscianus insup antiqssimoꝝ exemplo ait esse.xyi.sed additas a Claudio & Augusto duas scilicet.f.x.Diomedes tñ

Lr̃arum numerus. k.&.q.superuacanee y.&.iii.græce k.apud græcos.q.apud nos.

Atomos littera. Nicostrata Elementú in littera. Altitudo Latitudo Lõgitudo

usu cõi locut⁹ é.& sciédũ é lr̃am solá ñ hr̃e(Sergio teste)a quo soluat̃ & iõ lr̃a a Philosophis Atomos dr̃.& itéde Nicostratá carm̃tis Euã dri mr̃em iucisse.xvi.mox a græco admissas eé aliq̃s ut.k.x.y.z.Sũt p̃terea aliæ græcoꝝ duplices ut ph.ch.th.scꝫ.φ.χ.θ.scias deniq̄ ele métú in lr̃a tripartite diuidi.s.altitudine latitudine lõgitudine.hꝫ q̄dé lr̃a altitudiné in ꝓnũciatiõe:latitudiné in spiritu: longitudiné in tépore:hoc est aut alte:aut late:aut lõge audiri dicit Priscianus uel alius q fuerit auctor operis accentuum.

ℭ De earam potestate. Cap. xxviii.



Litteraꝝ nũerũ & uocalib⁹:& cõsonãtib⁹ ipleri grãmatici edocét.ℭ Vocales ãt q̄nq̄ sunt.a.e.i.o.u.tñ i usu quoq̄ ob græcaꝝ dictionũ orthographiá.y.admittit̃ ut lycophron.ω.addit Beda.iõ septé sũt.& añq̃ ulteri⁹ ꝓgrediamur uer

Nigidii uerba enarrata.

